


tali die ieiunaret. Die autem dominico (inquit) ieiunare scandalum est magni, maxime postquam innotuit detestabilis, multumque fidei catholicae, Scripturisque divinis aperissime contraria Manichæorum hæresis, qui suis auditoribus ad ieiunandum istum tanquam legitimum constituerunt diem, per quod factum est ut ieiunium dei dominici horribilius haberetur. Si quis tamen ex sua devotione ieiunare vellet tum diebus dominicis, tum tempore paschali; nullum peccatum perpetraret, sed

actum bonum exerceat; dummodo abesse scandalum, aut contemptus consuetudinis ecclesiasticæ. Ecclesia enim illa ieiunia improbat quæ ex superstitione, errore, aut contemptu ecclesiasticæ consuetudinis fiunt; scilicet illa quæ ob aliquem optimum finem, vel ad superandam aliquam calamitatem, vel ad propulandam aliquam calamitatem peragerentur. Quare, si aliqua necessitas urgeret, Episcopus posset, etiam paschali tempore, congrua ieiunia indicare.



DISSERTATIO II.

DE IEIUNIO.

Superiore dissertatione ea expedivimus quæ Catholici communi consensione docent adversus heterodoxos circa ieiunium. Eorum errores brevi sermone, prout insitit ratio postulat, convellimus. Illud nunc reliqui est, ut quæ circa ieiunium ipsum Catholici inter disputantur in utramque partem, edisseram. Quod dum prætibo, methodo mihi præstiturè instilam. Primum omnium quid evitandum sit præfaciam: siquidem centum ob oculos ponam tum propositionum quæ olim a quibusdam evangelicæ Moralitatis tractatoribus propugnabantur, & nunc ab Ecclesia proscriptæ sunt; tum aliarum opinionum, quæ quavis proscriptæ nondum sint, nimiam tamen, ut nobis videtur, præferant laxitatem: deinde regulas observandi ieiunii præscribam.

CAPUT I.

Census propositionum quæ in ieiunii materia ab Ecclesia proscriptæ fuerint, quæque, licet non proscriptæ, nimiam prædent laxitatem.

§. I.

Propositiones de ieiunio ab Alexandro VII. summo Pontifice anno 1666. damnatæ.

I. **F**rangens ieiunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel imobedientia hoc faciat; puta, quia non vult se subicere præcepto.

2. In die ieiunii qui sapis modicum quid comedit, est mortalem quantitatem in fine comedit, non frangit ieiunium.

3. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio.

4. Excusantur absolute a præcepto ieiunii omnes illi qui iter agunt egitando, necumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei consistat.

5. Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.

II. Has omnes propositiones ad examen revocabimus suis locis: quoniam licet proscriptæ fuerint; rationes tamen, quibus Auctoritatem eadem propugnabant, universales cum sint, adhiberi solent ad alias similes propositiones defendendas, ut licitas, quæ tamen in præfatis damnatis assertionibus continentur, ut, data occasione, palam fiat.

§. II.

Census propositionum quæ ab aliquibus Auctoribus catholicis defenduntur, quæque nimis laxæ videntur.

I. **D**ormire quis nequit, nisi sumpta vespere cœna: tenetur ne ieiunare? Minime. Si sufficit mane collatiunculam lumere, & vespere comare, tenetur ne ad id? Non tenetur. Quia nemo tenetur pervertere ordinem refectionis. Ita Filiucius, Escobarus Theol. Moral. tract. 1. exam. 13. cap. 111. num. 67. Leander tract. v. disp. viii. quest. xxx.

2. Qui in die ieiunii dat operam ludo pilæ, venationi, vel actibus venereis, ex intentione, ut factus impotens non ieiunet, non peccat contra præceptum ieiunii. Rocafull. in præxi Theol. Moral. Tom. II. lib. III. cap. ix. num. 153. apud Dianam coord. Tom. IV. tract. vi. resol. 18. ubi ait num. 1. Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die ieiunii mere voluntarie operam ludo, venationi, nimio, quod peius est, & nimio coluit in fraudem ieiunii, ea intentione ut effectus impotens, non ieiunet, non peccare ullo modo contra præceptum ieiunii, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunii, cum illa expressa intentione, ut postea non ieiunet. Hanc sententiam

sententiam docet etiam Martinus a S. Ioseph Tom. I. Lib. II. tract. XII. num. 5. & alii Casuista.

3. Dicendum nobis est, quod per se, & universaliter loquendo, semina quinquagenaria omnino libere maneat a lege iuniorum. "Leander tract. v. disp. VIII. quest. XIX.

4. Religiosi sexagenarii, & Religiose quinquagenarie non tenentur ad ieiunia sua Regula. "Pasqualius decis. 259. num. 3. Tamburinus de iur. Abbat. disp. XII. quest. v. num. 7. Sed lubet referre rationem quam in favorem mulierum obtrudit Leander quest. XIX. "Femina, ut communis animus, nullo modo possunt generare ob defectum virtutis naturalis. Ergo in hac etate iam vere reputandæ sunt leues, & consequenter libera a ieiunio Ecclesia.

II. 5. Qui noctu dormire per notabile tempus non potest, nisi cœnet, nimis onerosum est ei ieiunare. Ita Fagnan. loc. cit. Io. Sanch. disp. 54. num. 13. Layman Lib. IV. cap. III. num. 4. Neque hunc obligo mane ieiunare, seque sero plane refectum, quod pacto iam ieiunium factum tenet. Non obligo, inquam, licet id commode facere queat: quia nemo in ieiunando est obligandus ad extraordinaria remedia, & ad relinquendum suum ius commodi circa meridiem. "Tamburinus Lib. IV. cap. v. §. 7. num. 14. Viden quantum iuavatis? Etiam commode ad vesperam cœnam disserere, sumpto circa meridiem ientaculo, potest Christianus, de quo loquitur, eum ad ieiunium non obligare. Cur? Quia non est obligandus ad extraordinaria remedia; neque suo iure comediendi circa meridiem spolians? Extraordinarium ergo remedium est ad vesperam ieiunium solvere? Et tamen id familiare pluribus Æcolis fuit motris patribus: familiare etiam annis et pluribus Christianis, & aliis gentibus. Non tenentur ergo relinquere suum ius manducandi circa meridiem, etiam dum commode potest, ut ieiunii præceptum observet?

III. 6. Dico deinceps, propter auctoritatem Doctorum esse probabile, nullis iuribus, etiam adeo futores, obligari ad ieiunia: quia Eugen. vel concessit (aitur) iis privilegium non ieiunandi, vel declaravit eos non comprehendere a lege ieiunii. Ita Trull. loc. cit. num. 9. citans Pag. & Sa. Azor. p. l. 7. cap. XVIII. quest.

VIII. "Hucusque Tamburinus loc. cit. numer. 28. Ut de eo quod rem facti spectat, obiter duo proferam verba, quibus sinceritas quorundam Casuistarum ubique, data occasione, comperta fiat; referam quod scribit Azorius loco proxime laudato. "Olvato queritur, an ii qui laborant, cuiusmodi sunt agricola, & plerique artifices, iustam etiam ieiunii exculpationem habeant? Respondeo eos habere. Tales sunt fabri, sive ferrarii, sive lignarii, sive commentarii, agrorum cultores, & ceteri huius generis operarii, & artifices; his enim genus non sufficit semel tantum in die sumptus ob immodicos, & nimios corporis labores. . . . Et addit Rosella, Eugenio IV. concessisse, aut potius declarasse, ut opifices qui laborant in arte exerceant, & agrorum cultores, sive divites sint, sive pauperes, liberi sint a lege ieiunii. "Liquet Azorium hic sermonem minime habere de omnibus indiscriminatum artificibus; sed solum de agrorum cultoribus, de fabricis ferrariis, aliisque id genus, quibus propter immodicos, nimioque labores unica exceptio non sufficit. Et illos, a iuribus quibusdam, ab Eugenio IV. fuisse declaratos a lege ieiunii solutos. Porro quam recte, ac valide auctoritas Azorii adducatur a Tamburino, sive a Scripturibus qui ab eodem laudantur, pro omnibus artificibus, iudicent æqui rerum estimatores, colligant quæ fidei quid tribuere communiter debeant longo illi Auctorum centum quem saepe negnes Casuista offendunt. Si enim tempus, & otium suppetere omnes singillatim considerent; plures sane reperiret qui non plus azorius illis favent opinionibus in quarum prædium citantur. Quod de Eugenio IV. referunt, nullo producto documento, nullam meretur fidem. D. Antonius, Eugenio suppar, nec verbum habet de hoc privilegio: quod retulisset certe, si existisset. Quare mirari satis non possum autem Leandri, qui tract. v. disp. VIII. quest. lxxix. nullo adducto documento præter attestacionem Navarri, qui pariter nil producit in confirmacionem eisdem privilegii, tamquam factum manifestum obtrudit, Eugenio IV. dispensasse omnes artifices. Impugnatur Pasqualium contrarium adfirmantem: de quo suo loco fufius.

IV. 7. Caramuel in sua Theologia fundametalis querit num. 1537. & 1538. edit. Rom. quæ utriusque matrimonii sit causa iustitiam, & ad omittenda ieiunia? Et ratio dubitandi est, nam futores, factores, bar-

biton-

bitonores, & alii mechanici solent a ieiunio exculitari; eum tamen certum sit modis quibus debilitati horum venerem exercendum, quam suendo, fartiendo, tendendo, Deinde, laudato Diana, atque alio casu matrimonii ipsum hesitante narrato, non amissionem in persona propria, ut fecerat in editione priori Francofordiensi, sed alienam induens personam, ne videatur ex propria sententia loqui, sic persequitur. "Hos duos casus viris doctis decidendos proponam. Si respondeant severe; reperes; an tantum probabiliter stringant? Qui enim probabiliter stringit, ipsissimus probabiliter laxat. Si dicant severam certam, benignam improbabilem esse; debebunt hanc ipsam improbabilitatem demonstrative persuadere: non enim improbabilitas alicuius sententia probabiliter potest probari. "Si benignam esse certam, aut probabiliter dicant, volas scire, qui sint in mundo qui debeant ieiunare. Sutores, factores, & barbitonores, futores, ferrarii, & similes. Predicatores, Lectores, Confessarii &c. Advocati, procuratores, scriptores &c. etiam mulieri: uti agentes, prægnantes, & lactantes? Qui ergo manent? Sane civitates, que nullum munus habent. At isti omnes, aut fere, coniugati sunt. Quem igitur tenet ieiunii ecclesiastici lex, si etiam iam coniugati excusantur? "Adiicit vero hanc exilium dectionem: Respondeo nihilominus coniugatos hoc fole nomine non excusari. Illius autem sine decisionis nullam monstrative fundamentum: neque argumenta que pro laxa opinione operari, resolvit. Consilii ergo laxa opinio, iuste fratur probabiliter: quoniam iuxta Caramuelem, non potest improbabilitas alicuius sententia probari; sed debet demonstrative persuaderi. Porro, ut dictum est, Caramuel oppositam tantum alicuius opinionem, nullo vero modo, nec tenet probabilitate, nedum valida demonstratione eam firmat. Ergo laxam opinionem, suæ assertioni contrariam, inconculsam relinquat: Quem ergo (ut ille ait) tenet ieiunii ecclesiastici lex, si etiam coniugati excusantur? Quisque sibi in animum inducat, hinc legi Monachos saltem, religiososeque viros subiectos esse. At misericors Caramuel & illos iugo legis subducere entitur numer. 1539. his verbis. "An Religiosi teneantur ieiunare? Legis titulum, mirarique, in dubium reduci rem tam claram. Teneri Ecclesiasticos, & præcipue Monachos, qui maiorem perfectionem sunt professi

At ego te non inculco; sed hunc syllogismum propono. Mulci, inquam, a ieiunio exculantur; at omnes Religiosi sunt mulci, nec in mundo sunt mulci qui plus content quam Monachi, & Benedictini præcipue: ergo Monachi non tenentur ieiunare. Quo ratio emendat de ceteris Religiosis evincit: nulli enim qui non continent plus quam seculares. Puto quidem consequentiam legitimam, minorem certam, & maiorem probam citando Sanciani, Dianamque. "Productis autem utriusque rationibus, concludit Caramuel: Ergo, si etiam Religiosi excludimus, qui erunt in Ecclesia Romana qui teneantur observare ieiunia? In priori editione hæc alia lex vocabula reperiantur, quæ sublata sunt in hac postrema Romana: Volo non severe, sed sincere erudiri. Hac via inducere laxitatem conatur Caramuel: simulque ad omni censura se se constituitur immunem: quoniam personam, non assententiam, sed referentiam Diane sententiam, gerit; ut umbra illa cito evanescat, si id quod de Diana ille prædicat, in memoriam revocemus. Caramuel autem in epistola ad Dianam, que in Præfatio Theologiae fundamentalis Francofordiensi editionis habetur, hæc in Dianæ eiusdem doctrinæ laudem effatur. Diana est Angelus Dei tollens peccata mundi. Deinde paulo inferius subdit. "Sequitur hunc Angelum, nimirum Dianam; quocumque ierit. Certi enim sumus, tanto illius dogmata Theologorum firmari numero, ut querenti an hoc, vel illud liceat? sufficit respondere: Diana dixit. "Sufficit ergo iuxta Caramuelem quod Diana docuerit, Religiosos solutos esse a ieiunii lege ratione cantus, ut opinio isthæc probabilis sit. Diana in posteriore editione recenset hæc Caramuelis verba. "Sed, pace viri amicissimi, hæc argumenta apertam viam ad opinionem singularem contra præceptum omnium Religiosorum. Et, cum hæc sententiam viris doctis referrent, alii riserunt, alii in atram bilem ierunt. Et quidem in Pater Societas Iesu iocose, & faceret respondit: Si sententia Caramuelis esse vera, mallem Societatem esse adstrictam ad canendum in choro, nam esse deobligatus a ieiunio. "Persequitur deinde Diana amicissimi Caramuelis argumenta refellere. Sed ego periculum alias recensere non minus laxas propositiones.

8. "Non peccant capones, qui in die ieiunii nolunt suscipere hospites nisi coenent:

9. nent: quia non intendunt violationem ieiunii; sed intendunt lacrum. " Pasqualigus *deciſ. 367.*

10. " An poſſint parentes miniſtrare cenam filiis nolentibus ieiunare, quando ad id tenentur?..... Reſpondeo poſſe, immo & teneri: quia ad parentum munus pertinet providere filiis de viſtu; non vero regere conſcientias ipſorum (maxime quando ſunt in ætate proſecta) ita ut debeant peccata ipſorum punire, & hoc modo impedire: unde ſubmiſtrando cenam faciunt quod luorum muſterum eſt. Nec per hoc cooperantur peccato filiorum; cum cœna de ſe ſit indiſtrens, utpote ordinata ad ſuſtentationem nature; & potest eſt bene, vel male exhiberi. Unde quod male a filiis adhibetur, imputandum eſt malitiae ipſorum, non parentibus exhibentibus cenam. " Leander *tract. v. diſp. xi. quaſt. xii.*

10. " Domini non tenentur negare cenam famulis nolentibus ieiunare, etiamſi ſcientur id famulis profuturum. " Paſqualigus *deciſ. cccxi. num. 7.*

11. " Exculantur a ieiunio qui labore aliquo defatigantur, quamvis illum in alium diem commode diſſerre queant; & etiam ſi data opera, ut non ieiunent, hoc agerent; etiamſi in fraudem ieiunii id agerent; nullius negotii cauſa ſiſterando ſed ſolo deſiderio non ſervandi ieiunium. " Sancius in *ſelectis diſp. 14. numer. 14.* apud Dianam *coord. tract. iv. reſol. xiv. Tom. IV.*

12. " Exculantur a ieiunio qui noctu caſeſeri non poſſunt niſi cenent. " Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. xxix.*

13. " Qui aſſumit macula ſilicetia, & ita laborioſa, ut ſint incompatibilia cum ieiunio, ex intentione non ſervandi ieiunium, non peccat contra præceptum ieiunii. " Paſqualigus *deciſ. cccx. num. 6.*

14. " Qui non habet vinum, aut quod ſolet loco vini adhiberi in regionibus, ubi adeſt penuria vini, neque teneretur ieiunare: quia eo ſubſtracſo, ſubſtrahitur magna reſolatio, & que plurimum roboris afferat. " Paſqualigus *deciſ. cccxv. num. 5.*

15. " Si precibus, aliove modo poſſet conſiſtere alterum a petendo debent, adhuc tamen non teneretur niſi hoc remedio; atque adeo poſſet non ieiunare, & licet reddere. Ita Thom. Sanchez Ratio eſt, quia perſonalis obligatio reddendi eſt ex iuſtitia, que non obligat, niſi ad reddend-

um perſonaliter debitum; non vero ad conquirenda, vel ponenda remedia, nealter petat. " Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 7. num. 37.*

16. " Cathedrici legentes magno cum plaulu eximuntur a lege ieiunii..... Ad idem affirmandum eſſe de leſentibus unam, aut alteram leſionem *offentioſam*, aut oppoſitionis cauſa. " Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. cxviii.*

17. " Si quis excipiat hoſpitiu virum magnum, non videtur poſſe ſine gravi incommodo ſervare ieiunium. Nam, ſi non parat cenam, hoſpes cenabit ſe non excipit cum illa magnificencia que ſibi debetur; & proinde concipiet malum animum erga hoſpitantem. Si vero parat cenam, & iſte accumbat, & non comodat, aut faltem parum, etiamſi præſerteret ieiunium obligans; hoc imputabitur ad quamdam importunam correptionem aliorum, aut quod egre ferat expenſa cenæ: unde vice meriti, quod mediante hoſpitiu deberet acquirere apud talem magnum, aut Principem, potius ipſum offendet. " Paſqualigus *deciſ. ccccl.*

18. " Concionatores, qui in Quadrageſima concionantur ter, vel quater in hebdomada, communiter, & regulariter exculantur, ita ut in nullo die Quadrageſime teneantur ieiunare.... Quia hoc videtur requiritur ad robur neceſſarium ad bene, & fruſtuoſe concionandum. " Thomas Sanchez *Lib. IV. conſil. cap. 1. dub. 13. num. 6.*

19. " Diſpenſatus ad carnes edendas liber eſt a ieiunio. Hinc illi qui conceduntur ob diſpenſationem carnes, licet fore cenare, immo plures in die ſeſcicare. " Tamburinus *Tom. I. Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 1. num. 2.*

20. " An difficultas in ieiunando ſit ſufficiens cauſa ad diſpenſandum in ieiunio?..... Probabilis reſpondeo, eſſe ſufficiens cauſam ad diſpenſandum. Leander *tract. v. diſp. x. quaſt. xxxii.*

21. " Tenendum eſt quod labor ingentis eximat ab obligatione ieiunandi. " Paſqualigus *deciſ. cccxv. num. 2.*

22. " An labor voluntarius ſuſceptus, ſi ſit magnus, extinguat obligationem ieiunandi? Probabilis reſpondeo extinguit. " Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. clvi.*

23. " An labor voluntarius poſſit aſſum in diebus ieiunii ſemper, quantum, & quoties liberetur? Probabilis reſpondeo, poſſe aſſumi ſemper, & toties

926

quoties liberetur. " Idem Leander *loc. cit. quaſt. clv.*

24. " Probabilis reſpondeo eſſe exemptum a ieiunio, nec peccaſſe adhuc in cauſa contra præceptum ieiunii, qui talem laborem aſſumpſit ob inhoneſtum ſuam (ob querendam concubinam, aut alium malum ſuam.) " Idem Leander *loc. cit. quaſt. clvi.*

25. " Non tenentur parentes cogere filios ad ieiunandum, quando nollent ieiunare, etiamſi conſtaret quod non haberent cauſam excuſantem.... Quia, licet parentes debeant habere maiorem curam filiorum quam ſerorum.... non tamen habent ſupra ipſos iuriſdictionem ſpiritualem: & ideo in ordine ad ſpiritalia non poſſunt ſupra ipſos exercere aliquam vim coercitivam, nec punire, quando delinquent in ſpiritalibus. " Paſqualigus *deciſ. cccxii. num. 4.*

26. " Si probabiliter, vel certo moraliter ſciant tabernarii quod hoſpites peccent cenando, DD. (Navar. Tolet. &c.) permittunt quod illis cenam miniſtretur... Quia miniſtratio illi, immo & ultronea invitatio, non ſit directæ ad non ieiunandum; ſed ſolum ex intentione lucri invitatur ad cenam. " P. Dominicus Viva in curſu theologico-morali *Tom. I. part. II. quaſt. x. art. 4. num. 7.*

27. " Dicendum eſt, ſenes ſexagenarios, quamvis fortes, & robuſtos, liberos eſſe ab obligatione ieiunii. " P. Sebalianus Geribaldi in *Theol. Moral. Tom. I. tract. viii. cap. III. dub. 1. §. 1. num. 95.*

28. " In feminis autem probabiliter... deſinit obligatio ieiunandi, inchoato anno quinquageſimo. " P. Viva in curſu *Theol. Moral. Tom. I. part. II. quaſt. x. art. 6. num. 8.*

29. " An qui ex iuſta cauſa non tenetur ieiunare, poſſit ſine peccato invitare amicum, quem ſcit ſumpſiſſe prandium, & obligatum ieiunare, ad lecum cenandum? Reſp. nullo modo peccare qui urbanitatis cauſa alium iam paratum, & alibi cenaturum, invitaret ad cenam. " P. Geribaldi *loc. cit. dub. 1. num. 143.*

30. " Certum eſt ieiuncium ſumi poſſe; dubium vero, an hi cibi ſubſtantiales ſint excluſi. Igitur prævalet libertas illos aſſumere. Sic diſcurrit Tamburinus ſententiam non amplecterer, niſi putarem conſuetudinem jam introductam, ut etiam exigua parte pileis maioris, cum pane veſci poſſent in debita quantitate octo unciarum; quam ſi quis parum excederet addendum, vel alteram unciam, nonniſi venialiter peccaret. " P. Viva *loc. cit. art. 3. num. 3.*

31. " Non eſt letale prohibitio veſci carnis abſque diſpenſatione, conſultatione; neve; etiamſi neceſſitas dubia tantum exiſtimitur. " P. Martinus de Torrecilla *Tom. II. tract. 1. diſp. 1v. cap. 11. ſect. 1. num. 74.*

32. " In privilegio cruciatæ pro veſcendis carnis diebus prohibitis, conceditur quod: eſt cauſa ſufficiens non exiſtimitur ad eas veſcendas, dum tamen ſufficiens ſit ut Papa diſpenſet, medicus ſpirituſialis diſpenſare valeat. " Idem Torrecilla *ibid. mem. 78.*

33. " In ieiunii collatione, vel reſectiuncula ſerotina bibe unctæ, ultra conſuetas octo, gravem aduſum non inferunt tranſreſſionem. " Idem *ibid. ſect. 3. num. 8.*

34. " Ieiunans, ne potus noceat, poteſt toties quoties aliquam parvitate ſumere; etiamſi quælibet parvitas dimidiam unciam attingat. " Idem *ibid. cap. 1v. numer. 9. & 9.*

35. " Non frangitur ieiunium iterando parvitate cibi ulque ad gravitatem, ſi ſumatur, ne potus noceat; dummodo in fraudem legis non fiat. " Idem *ibid. num. 15. 36.* " Generatim ſenes, live viri ſexageſenarii, ſeu feminæ quinquagenariæ, ieiunio non tenentur. " Idem *ibid. cap. vi. num. 7.*

37. " Opera etiam ingentis, & mentis continuata a ieiunio exculant. " Idem *ibid. cap. vi. num. 15.*

CAPUT II.

Præceptum ieiunii eccleſiaſtici explicatur. Tria includit, nimirum ubiſent reſectiorem, quaſ parvitas eſt, abſtinentiam a carnis, & tempus pro unica reſectiõne præſcriptum.

I. Ieiunii generatim accepti notionem, variatque ſpecies initio illius tractatus expoſui. In præſentia ieiunii eccleſiaſtici naturam ſub examen induco. Et primo que extra diſpenſationem penes Catholicos ſunt, paucis perſingendo. Quamvis ex que ad mores ſpectant, vix poſſint unica definitione comprehendere, quia communiter plures includunt circumſtantias; & nihilominus ieiunium eccleſiaſticum deſcribi ſolet hoc modo: *Eſt paſſivatio victus, abſtinentiaque ciborum iuſta formam ab Eccleſia præſcriptam.* Hoc eccleſiaſticum ieiunium iuxta omnes

mnēs Catholicos est actus virtutis, ut supra probatum est. Virtus porro hæc est abstinentia, quæ in materia ciborum medium consistit. Constat autem, ieiunium ecclesiasticum ciborum materiam moderari. *Unde manifestum est* (inquit D. Thomas 2. 2. quæst. cxxxvii. art. 2.) *quod ieiunium est abstinentia actus.*

II. Unanimi quoque assertionē docent Catholici omnes, Ecclesiam rite, & valide præcepto suo compellere fideles ad observandum ieiunium: quæ de re in dissertationis superioris capite tertio dictum est. Rationem tradit Angelicus inquisiōis loco laudato art. 3. *Sicut ad secularē Principes pertinet præcipere legalia iuris naturalis determinata tractare de his quæ pertinent ad utilitatē communem in temporalibus rebus; ita etiam ad Prælatos ecclesiasticos pertinet ea statuta præcipere quæ ad utilitatē communiē fidelium pertinet in spiritualibus bonis. Dicitur est autem, quod ieiunium utile est ad delectationē, & inhibitionē culpe, & ad elevationē mentis in spiritualia.*

III. Præceptum istud suapte natura, ex clata etiam inobedientia expressa, graviter obligat: tum quia præcepta Ecclesie secundum omnes Catholicos graviter obligant: tum quia materia illius gravis est: tum denique quia ab Ecclesia ita definitum est, & nique quia in Concilio Gangrensi cap. xix. ut quo hæc habentur: *Si quis ieiunia que committere ab Ecclesia constituta, dissolvat, anathema sit:* & ab Alexandro VII. qui hæc propositio- nem damnavit: *Frangens ieiunium Ecclesie, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, pœna quæ non vult se subire præcepto.*

IV. Disputant Theologi, num præceptum istud affirmativum sit, an negativum. Utraque pars suos habet defensores. Res est levis momenti. Attamen, quod verisimilius nobis videtur, est, partem affirmans esse, & partem negans. Quod affirmativum sit, videtur manifestum: etenim præcipit directe, videtur parimoniam, unicam refectionem, ciborum quæ delectum; quæ omnia positiva sunt. Consequenter postea prohibet sumere plures refectiones, carnis vesci, & ante præscriptum tempus ieiunium solvere. Et hæc est communissima sententia.

V. Explicatis iis quæ extrinsecus quodammodo ieiunium spectant, ad ea enucleanda accedimus quæ ieiunium ecclesiasticum consistunt. Tria iuxta omnes ad ieiunium ecclesiasticum requiruntur, unica resectio, abstinentia a carnibus, & tempus definitum.

Atque ut a primo auspicietur, certum est unicam comestionem partem esse ieiunii ecclesiasticæ, nec dicam illius essentiam; de qua iam iam. Neque dumtaxat ieiunium ab Ecclesia præscriptum, sed quodcumque ieiunium unica semel refectione peractum fuit. In veteri fœdere semel in die comessisse Iudeos, quoties ieiunio operam dabant, colligitur evidenter ex ipsa Scriptura. Dicitur enim Lib. Iudic. cap. xx. vers. 26. *Omnes filii Israel venerunt in domum Dei, & sedentes scebant coram Domino, ieiunaveruntque die illo usque ad vespem.* Idem legitur II. Reg. cap. 1. vers. 11. *David vestimenta sua sedit, omneque cibus cum eo erant, & plauerunt, & fleverunt, & ieiunaverunt usque ad vespem.* Hanc porro ieiunandi formam non mutarunt, sed servaverunt Apolloli; quin & severius observarunt primi Christiani. Ictum enim plures nec semel in die comedebant; sed interdum biduo, aliquando triduo, & nonnunquam integra hebdomada sancta ab omni cibo abstinebant, ut refert Epiphanius in expositione fidei. Immo vero nonnulli ad biduum usque ieiunia prorogant. Alii totam hebdomadam ad usque sequentis dominicæ gallitidum sine cibo transmittunt. Id tamen ab Ecclesia non præcipiebatur, ut scilicet biduum, vel triduum abique omni cibo transigerent fideles; sed quique, proat majori fervore ardebat, abstinentiam istam ad duos vel tres dies producebat. Id tantum in præcepto semper fuit, ut nonnisi semel in die comederent si omnes qui ieiunare tenebantur. Illius rei rationem hæc prodit Angelicus 2. 2. quæst. cxlvii. art. 6. *Dicendum, quod ieiunium ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refronandam; ita tamen quod natura servetur. Ad hoc autem sufficere videtur unica comestio, per quam homo potest naturæ satisfacere: & tamen concupiscentiæ aliquid detrahatur, diminuendo comestionem vicem. Et ideo Ecclesia moderationem statutum est, ut semel in die a tenuioribus comedatur. Hoc vero præceptum non fuit ab Ecclesia in ablatum, quam expressum, sed acceptum a Patribus antiqui testamenti consuetudine universalis Christiani inveniunt. Quare Caietanus in commentariis ad hanc articulum ait, quod unica comestio magis videtur in præcepto ieiunii præsupposita, tanquam communiter intellecta, quam expressa. Fallo itaque Salmanticensis tract. xxii. cap. 11. p. 3. §. 3. m. 442. Caietanum laudant pro contraria opinione. Secundum requisitum ad ieiunium ecclesiasticum, nempe abstinentiam a carnibus, supra demonstravimus. Tertium denique*

tempus determinatum, quod primo fuit vespere, deinde nota hora, & demum circa meridiem, de quo infra, etiam manifestum est. Neque in hoc dissident Catholicis; quamvis Lutherani, & Calvinisti obganniant, & Catholicos non observare ieiunium, eo quod refectionem non producant ad horam vespertinam. Ad suo loco ostendemus, hanc temporis conditionem ab Ecclesie arbitrio pendere: est enim quid accidentale ipsi ieiunio, & præter eius essentiam.

VI. Quare, an unica comestio, & abstinentia a carnibus essentiam ieiunii constituent; & quantum ex his duabus partibus sit potius? Resp. Omnes conveniunt in hoc quod hæc duo, scilicet unica comestio, & abstinentia a carnibus; ad substantiam ieiunii ecclesiastici pertineant. Et, cum res facti sit, non alia requiritur ratio quæ id evincat, nisi voluntas præcipientis ieiunium. Manifestum autem est Ecclesiam semper res ipsa præcepisse ieiunandi hæc duo, nempe unicam comestionem & ab eis carnium abstinentiam. Et de hoc nulla ferme est inter Catholicos, si Lanuorum excipias, difficultas. Secundam vero questuram partem, quem scilicet ex duabus partibus sit in ieiunio præcipua, in controversiam vocant, & in utramque disputant partem. Recentiores Calvinæ communiter sustinent, abstinentiam ab eis carnis esse partem principalem; unicam vero comestionem minus principalem ieiunii ecclesiastici. Quoniam, inquit, abstinentia a carnibus magis deprimat concupiscentiam, magisque in Deum elevat. Sic Salmanticenses tract. xxvii. cap. 11. p. 1. §. 1. ubi plures laudant Theologos recentiores. Contraria sententia non modo probabilior, sed unice vera mihi est. Et quoniam in iis sumus quæ rem facti spectant, quæque a voluntate legislatoris pendunt; rationes, quas vocant a priori, haud possumus in medium producere. Ex facto igitur colligenda res est, & ex mente legislatoris. Si factum spectamus, compertum est, ieiunium cum in veteri, tum in nova lege, unica semper fuisse refectione solum. De abstinentia autem a carnibus non ita certa res est. Et quamquam etiam in veteri leges plures sanctos viros in suis ieiuniis a carnibus abstinentiam legamus; non tamen scimus omnes talem abstinentiam servasse: immo oppositum plures docent. Et sane ex Scriptura habemus, Iudeos omnes semel in die ieiuniorum tempore comedisse; nequaquam vero colligi ex Scriptura potest, vetrum illis fuisse carnium esum. Quid quod Iudæi, & aliæ nationes etiamnum in suis ieiuniis semel comedunt, quin

a carnibus abstineant? Ergo iuxta communem omnium gentium existimationem notio essentialis, & possibilis ieiunii in unica sita est refectione; cui postea accedit ciborum delectus. Hinc Dionysius Carthusianus in IV. sent. dist. xv. quæst. vi. hæc scribit: *Respondendum, quod ieiunio Ecclesie annexa est abstinentia ab esu carnium, ut in decreto habetur.* Ecclesia ergo catholica fidelibus illud ieiunium imperavit quod a Patribus acceptum, quod iuxta omnium existimationem unica perficitur comestione: ad maiorem vero ipsius perfectionem addidit abstinentiam a carnibus, & in Quadragesima a lacticiis, & quandoque a vini potu, ut infra dicturi sumus. Ratio quoque suffragatur. Quandoquidem magis cohibetur appetitus, & reprimitur concupiscentia per unicam refectionem, quam per abstinentiam a carnibus; quemadmodum per se patet, & nos suo loco fusius ostendemus. Licet autem questio ista absolute accepta inepta videtur (quod enim refert in morum materia quod una istarum partium sit principalis, altera secundaria?) nihilominus, quoniam Calvinistarum recentium plures propugnant, dispensata a carnibus, a lege ieiunii solum esse eo quod ieiunii essentiam iuxta ipsos constituit abstinentia a carnibus, qua sublata destruitur ieiunium: ideo paulo fusius discutienda res erit. Nunc tantum addimus. Cassianus opinionem ortam dixisse a dissidio quod sextodecimo sæculo Catholicos inter & Lutheranos, ac Calvinianos servavit. Lutherani, & Calvinisti nullum ciborum delectum in ieiunio admittendum esse contendebant. Contra Catholicos propugnant, Christianorum ieiunium præter unicam comesturam, carnium esum semper excludisse, & hæc a carnibus abstinentiam semper usque a primis Ecclesie sæculis, indivisam fuisse ieiunii comestionem. Eo res devenit, ut decursu temporis Calvinisti aliqui docere cœperint, abstinentiam a carnibus non modo esse ieiunii partem, sed essentiam ieiunii constituturæ. Hæc enim via magis se recedere putarunt ab hereticorum errore.

CAPUT III.

Quos citos sub carnium nomine Ecclesia prohibeat: & quodnam peccatum, quandoverò illud perperet si qui carnes comedunt.

I Plures sunt cibi de quibus dubitatur, an sub nomine carnis, quam diebus ieiuniorum prohibet Ecclesia, comprehendi debeant. In primis plures censentur, quos inter Barbola, in cap. Dentique *disp. xv. num. 1.* nomine carnis venire etiam lac, & ova, eo quod lac sit sanguis albus, ova vero carnis. Sed hæc opinio communiter reprobat. Diversi siquidem præceptis prohibentur usus lacticionum, & usus carniū.

II. Plura sunt animalia de quibus, an piscibus accendenda sint, vel non, in utramque partem disputatur. Regulam universalem tradunt committere Doctores ad dignoscendum, quamnam pro caribus, & quamnam pro piscibus habenda sint. Ea animalia que diu extra aquam vivere solent, inter carnes computari debent. Aves, licet aliquæ nutriantur in aquis, carniū nomine veniunt. Hinc corvi marini, falicæ, & fimes, quamvis piscium saporem habeant, diebus ieiuniorum comedere minime possunt. Idem dic de chameleone, de olebibus coctis cum carnisbus de carniū utculo, & de sanguine omnium animalium terrestrium, arietum, agnorum &c. nec non de sagmine, & lardo. Locustæ, ranæ, limacæ, testudines, & conchæ diebus ieiunii licite comedi possunt: quia in communi existimatione pro piscibus habentur.

III. Qui tempore ieiunii carnes recentissimas comedunt, peccant mortaliter iuxta omnes, nisi materia parvitas excuset. Dari enim etiam in hoc præcepto parvitatem materiae, quemadmodum datur in præcepto naturali non ferendi, & in aliis, communiter docent Theologi. Id solum in dispensationem vocatur, quemam carnis quantitatem pro parvitate materiae habenda sit. P. Matthæus Stoz in suo *Tribunalis Penitentisæ Part. III. Lib. I. quæst. 111. artic. 3. num. 527.* hæc scribit: *Mihi qui hæc scribo, placuit olim dicere, mediani circiter libram esse magnam materiam, parvam quidquid infra illam. Et hoc idem, quod de mente legislatoris tam benigne quam potest, præsumendum sit: neque adeo existimandum, ita illum voluisse stringere conscientias, ut peccato mortali se obstringerent illi*

*qui non tantum carnis comederent, quantum in iusto præcepto sufficeret eis qui carnisbus moderate vesci solent. Hoc autem videtur esse mediani circiter libram. Hanc opinionem retraxit, ut nimis laxam. Sed hæc opinio recte considerata modo non placet; cum videatur ex aquo laxior. Quare num. 528, hæc addit docens, eam quantitatem que dimidiam partem quadrantis libra, seu quatuor loti seve exæquat, sufficere ad peccatum mortale; eam vero que hæc notabiliter minor est, peccati venialis limites sepe non excedere, sedulo scandalo. Sumit libram Germanico more, que sexdecim uncias constat. Quare definit, parvitatem materiae esse infra duas uncias cum notabili decremento. Paucis, unam unciam statuit esse parvitatem materiae. Una enim uncia, ad duas comparata, est notabiliter minor. Hæc opinio, comparata ad primam, est notabiliter minus laxa; sed absolute adhuc laxa est. Pasqualigus *decis. xlii. numer. 3.* dimidiam unciam carnis pro parvitate materiae statuit. Mirum est Auctorem istum tantam carnis portionem pro parvitate materiae assignare; cum deinde *decis. xlii. m. 5.* doceat, mediani unciam chocolatae esse materiam gravem, & eum qui illam in aqua iter usam suumeret, frangere ieiunium, & mortaliter peccare: de quo suo loco. Nunc dicere sufficit, hæc Pasqualigi opinio communiter vel ab ipsis benignioribus causis reprobatur. Vide Leandrum *tract. v. disp. 11. quæst. xxi.* Hic assignat octavam unciam partem; alii exiguum frustum, ut illud quod coqui, & pingere sumere solent ad ciborum saporem dignoscendum: quod licite faciunt. Præcisa quantitas assignari vix potest. In hoc omnes conveniunt, quod particula carnis que comeditur, debeat esse latis exigua, ut pro parvitate materiae iudicari debeat.*

IV. Quæst. I. *An in aliquo eventu licitum sit carnes comedere ieiunii tempore?* Respondeo. Qui nullum alium cibum habet, licite vesci potest caribus: quia præceptum ecclesiasticum non obligat cum periculo vitæ, vel salutis. Quid, si nulli alii cibi præter panem suppetere? Pasqualigus *decis. 49. num. 3.* & 4. defendit in hoc casu posse quemque carnis vesci, etiam si unico die id contingeret. Pasqualigo adheret Leander *tract. v. disp. xi. quæst. xix.* si sermo sit de magnatibus, & nobilibus, affluentiis epulis selectioribus; secus dicendum, inquit, de rusticis, aliisque similibus, qui vix antiquam saturantur pane. Hæc opinio laxa mihi videtur. Nullus siquidem, dummodo sanus sit, & peculiari debilitate non laboret,

nota.

notabile patitur detrimentum, si unico die pane solo vescatur. Quin hæc unus diei inedia ad saltem confort. Patenter utriusque detrimentum aliquod molles fæces, fecus corporis sanitas. Finis proximus ieiunii est corporis moderata confectio, sensuumque marcoris. Quid ergo obrudis quandam corporis molestiam, ut a lege ieiunii fideles solvas? Solum detrimentum notabile salutis fati esse potest ad constituendum licitum esum carniū ieiunii tempore. Cum ergo iuxta communem existimationem quilibet, quamvis delicatus & mollis, dummodo sanus sit, & mediocriter robustus, uno die refici possit solo pane, quin salutis corporalis incommodo obnoxius sit; distinguenda sunt hæc duo, sanitatis detrimentum, & delicati corporis cruciatas. Primum excusat, secus secundum. Qui vero affluens selectioribus dapibus, per plures dies careret omni cibo præter panem, ubi daret vero carnis, eidem vesci postest: quoniam, si solo pane pluribus diebus aleretur, probabili sanitatis suæ damno non exiguo subiceretur. Fideles, transentes per infidelium, & hereticorum provincias, diebus prohibitis edere licite carnes queunt, quoties grave periculum illis imminet; secus, si aliquæ gravi damno abstinere valeant. Idem dicendum de remigantibus in hereticorum, & infidelium terribibus. Catholici, qui famulantur hereticis, caribus vesci minime possunt, sedulo gravi damno, aut periculo: quæquid in contrarium dicit Layman *Lib. II. tract. 111. cap. 111. num. 3.* quoniam, cum alii cibi suppetant, & periculum damni abire, nulla assignari potest vera causa excusans. Catholici enim domicilium habentes in infidelium regionibus obstringuntur præceptis ecclesiasticis: quia hæc non locum, sed personam sequuntur. Nec Layman hoc negare potest.

V. Licetum est carnes suppeditare & perpetuo amentibus, & pueris ante completum septennium. De perpetuo amentibus res clara est: quoniam non sunt legis capaces; & amentia est morbus gravissimus, qui carnis vesci debere potest. Pauci quoque ante expletum septennium a vinculo legis solvantur. Si tamen ante septennium rationis lumen affulsisset illis, deberent a caribus abstinere: quia præceptum Ecclesie obstringit omnes lumine rationis persusos. Immo, quamquam ante septennium rationis usus prædicti non sint; at tamen in hac abstinencia exerceri eos peroptimum erit, ut facilius, in itante præcepto, illud observare valeant. Quando vero dubitatur, an lumen rationis advenieri, iudicandum est recipia advenisse;

Com. Theol. Tom. V.

ficuti & septennio expleto, censendum est illud lumen rationis potiri: quia in dubiis potior pars est eligenda. Quæ enim confirmari poterit paritate legis divinæ. Si enim lumen rationis ante septennium splendens in aliquibus pueris, isti observationi legis divinæ obstricti sunt. Quidni ergo & obervantia legis ecclesiasticæ? Et licet non pauci iuniores contrariam teneant opinionem; hæc tamen nostram probabiliorem est, quam defendant Azorius *Tom. I. Lib. VII. cap. xvii. seu xxvii. quæst. 11.* Diana *L. P. tract. ix. resol. 42.* Trullench. in *Bull. Lib. I. §. 4. dub. 2.* Sanchez *L. P. Sum. Lib. I. cap. 111. Bonacina de leg. Tom. II. disp. 1. quæst. 11. par. 6. num. 5.* Suarez *Tom. IV. in 111. part. disp. xxxvi. sect. 2. num. 3.* Salmanticenses *tract. xvi. de 2. præcep. Decal. cap. 11. par. 2. num. 20. & alii plures.*

VI. Quæst. II. *An dispensatus in die ieiunii ad carniū esum, possit quemcumque carnes etiam in illas comedere?* Respondeo. Plures Auctores solum partem affirmativam, alia nulla producta ratione, nisi quod carnes suilla, & lase condita sint vere carnes. Sed nos hæc opinionem reitimus. Dicimus itaque, dispensatum a caribus posse solas carnes salubres comedere: ideoque peccare graviter eos qui omnes indiscriminatas carnes manducant. Probat. Eas solas carnes comedere potest Christianus dispensatus que comprehendunt sub privilegio dispensationis. Quemadmodum enim qui nullo modo est dispensatus ad carnes comedendas, nil carniū manducare licite valet; sic qui solum dispensatus est, ut caribus salubribus vesci possit, istas tantum, & non alias, manducare iure valet. Porro medicus, sive quicumque Superior, qui dispensationis privilegium ad eum carniū impertitur, nullo modo concedit alium carniū salutarum, suillarum, & similiarum. Quandoquidem cur, quælo, esum carniū concedit medicus? Non fane alia ratione, nisi ut occurrat alicui infirmitati. Ergo eas solas carnes comedendas concedit que tur infirmitati, vel incommodo congrue sint. Carnes autem nocue, ut suilla, salite, simileque, non modo non congrunt, sed repugnant tui necessitati. Nonne, si expresse eiuusmodi carnes noxias a Superiore postularis, eas tibi denegaret? Quæ ergo ratio præsumi potest, in dispensatione data istas comprehendendi? Hanc opinionem defendit etiam Lex. Croix *Lib. III. part. 11. quæst. cxxvi. num. 1313.* contra Tamburinum, qui *Lib. VI. cap. v. §. 1.* contrariam sustinet. Confirmatur no-

G
stra

stra sententia auctoritate Clementis XI. summi Pontificis, qui in decreto infra referendo, Romæ publicato anno 1702. die 24. Februarii, hæc habet. *Annoadstant, & medici, & qui petunt licentiam, ut attendat qualitate carnis, quod nempe sint salubres: quia hæc solum permittuntur in Quadragesima his qui ex ista causa nequeunt veluti cibis quadragesimalibus.* Hanc sententiam defendit Cardinalis Cozza Tom. de ieiunio III. part. art. 3. dub. 6. pluresque alios Auctores allegat. Qui autem dispensatus est a cibis infratribus, non peccat contra ieiunii præceptum pilces comedendo: quia piscium esse nulla lege tempore ieiunii prohibetur; nec qui in eum carnis dispensat, novam legem imponit, quæ prohibet cibis aliquo licitos. Ratio autem Navarri qui Tom. I. conf. conf. 5. contrariam defendit sententiam, minime conficit. Inquit enim: Si pilces nocent, dispensatus uti non potest illis; si non nocent, sine causa fuit dispensatus. Dico pilces nocere, ut supponitur, & comedentem peccare vitio intemperantia, secus adversus præceptum ieiunii. Si scire cupis, non dispensati ad etiam carnis, comedere lactinia valeat; vide commentarium nostrum in RESCRIPTUM BENEDICTI XIV.

VII. Quest. III. An dispensatus in Quadragesima ad esum carnis possit easdem comedere feria IV. & VI. ac sabbato quatuor temporum eiusdem Quadragesime? Resp. Questio desinitio pendet a voluntate ipsius Superioris dispensantis, & a maiori vel minori infirmitate, vel necessitate illius qui petit dispensationem: Si enim tanta fit infirmitas in dispensato, ut per annum feria sexta, & sabbato carnis egeat, illique vescatur, etiam in Quadragesima illas comedere poterit dies quatuor temporum. Si vero communitur per annum bis in hebdomada a carnis ablineat; etiam in Quadragesima potiori ratione abstinere debet. Neque in generali dispensatione pro tota Quadragesima intelligitur, seu præsumitur dispensatus pro præfatis diebus: quia necessitas non est extendendi ad eisdem dies quatuor temporum dispensationem; peccaretque medicus si abique iusta causa ad omnes indiscriminatim dies privilegium dispensationis porrigeret.

CAPUT IV.

Dispensatio abstinentie a carnis non inferre dispensationem a ieiunio; sed dispensati ad carnes lege ieiunii tenentur, nisi infirmitas, aut virium debilitas obstent. Quædam quæ sita resolvuntur.

I. Quæstionem verandam suscipimus, quam recentiorum Calulitatorum plures ad inanem Metaphysicæ regulas revocarunt. Enimvero, quia ex purissimis læcæ Theologiæ fontibus nil admodum haurire poterunt, quo sanæ in hac materia læsam, & penitus improbabilem opinionem irrigarent, ad quædam arbitraria rationia confugerunt, quæ, ut infra patebit, ad Moralis christianæ controversias dirimendas inepta prorsus sunt. Quæ obrem adversus istos merito exclamatur Launojus dissent. de veteri ciborum delecta. *Felsi sunt recentiores quidam Theologi, qui carnis abstinentiam ad ieiunii substantiam ita pertinere dicunt apud Bonacinum quæst. 1. de præceptis Ecclesiæ punct. II. ut qui absolute carnes comedit, ieiunare non tenetur.* Ad istæ philosophandi modus Auctores suos prodiit non admodum vestros in antiquis ieiuniorum ritibus. Ut controversiam hanc penitus exhaurem, integram edidi volentem, inscriptum *De Quadragesima appellente.* Si plura cupis, illud legis. Nunc, ut veritati manifestandæ viam aperiamus, ea que penes omnes certa sunt, læceramus oportet ab istis que in controversiam vocantur. Distinguedi ergo in primis fuit impotentes a dispensatis. Impotentes ad ieiunium sunt infirmi; qui tum a carnis, tum ab unica comestione soluti sunt, non titulo alicuius dispensationis, sed titulo solius impotentia. De his nulla potest esse difficultas. Secundo ii qui dispensantur, sunt in duplici classe. Alii namque sunt debiles, valedudinarii, qui frequenti cibo indigent, simulque carnis; & quia ita evidens non est eorum impotentia, quemadmodum est illa deorum, & de quibus laborantiam; ideo dispensatione opus habent. Istos quoque tum a carnis, tum a ieiunio dispensari posse concedimus. Quando autem possint, debeatque ab utroque, & quando ab uno tantum onere solvi, prudentis, & christiani medici relinquimus iudicio. Posterioris classis sunt Christiani valentes, & robusti, quibus ciborum quadragesimalium, piscium nempe, oleum, vel etiam lactiniorum,

rum, usus nocuus est. Hi dispensantur in eum carnis. Quæritur ergo, an eo ipso qui religiantur dispensati etiam abobstantia ieiunii, id est, utinus comestiois? De his enim solis dispensatur. Pauci sunt qui quæstionem hæc sic pressè distinctam exhibuerint. Non negantur tamen, quosdam, maxime ex istis qui non ita pridem scripserunt, distinctionem hanc indicasse. At postea illi ipsi qui controversiam de infirmis debilibusque, & de sanis, robustisque hominibus distinctere, in Theologis citandis nullum servarunt discrimen; & pro laxa, ac improbabili opinione laudant eos qui solum de impotentibus ad ieiunium loquuntur; ut iam iam palam fiet.

II. Duplex itaque de hac controversia circumfertur sententia. Una, quæ asserti omnes dispensatos a cibis esurialibus, five debiles, five sanos, robustisque, eo ipso dispensatos pariter esse a ieiunio. Pro hæc sententia plures allegari solent Theologi. Primus omnium citari solet Caietanus 2. 2. quæst. cxxvii. art. 8. 6. ad hoc dicitur. Et tamen Caietanus non solum non favet huic opinioni, sed oppositum prorsus docuisse convincitur. In verba Caietani. *Dispensati ex impotentia evidenti ab abstinentia carnis; sunt totaliter absoluti a præcepto ieiunii. Potentes vero abstinere a carnis, non potentes autem abstinere ab ovis, aut a lactiniis, non abobstantia a præcepto ieiunii. Et rursus potentes abstinere ab omnibus his, sed impotentes ad servandam unicam comestionem, liberantur a ieiunio solum, & non ab abstinentia præceptum in Quadragesima.* Ex hæc Caietani doctrina duo colligimus. Primum, quod ille solos ex evidenti impotentia dispensatos a carnis abstinentia, solutos declarat a lege ieiunii. Iam sub initium dispensationis dictum est, eosque aliquo manifesto morbolaborant, quæ inter impotentes ad corporis macerationem computantur, non tam dispensatos, quam re ipsa excolatos & liberos esse a ieiunii lege. Ubi Caietanus nec verbum habet de hominibus sanis, & robustis, quibus solummodo cibi quadragesimales noxi sunt; & de quibus solum controversia vertitur; & de quibus solum Caietanus de solis evidenter impotentibus, id est de istis qui re ipsa febril, vel alio gravi morbo vexantur, quos omnes & nos liberos a ieiunio asservimus. Secundum, quod ex laudata Caietani doctrina deducimus, est, ieiunium ecclesiasticum pluribus veluti partibus constare; & velles. Caietanum ut ille qui potest aliquas partes implere, ad id teneatur; licet non valeat exequi omnes. De quo paulo infra.

Falso itaque pro contraria sententia Caietanus laudatur. Quare turpiter aberrant qui Caietani auctoritatem allecant, ut probent, dispensatum a carnis, dispensatum esse a ieiunio. Secundus, qui pro hæc eadem opinionem citatur, est Azorius: qui similiter nulla facta distinctione eorum qui ex infirmitate, ab istis qui eo solum nocumentum piscium dispensantur, absolute assertit; quemadmodum Caietanus, dispensationem eadem carnis solum deferre solutionem a ieiunio. Isti duo Auctores, qui ex antiquioribus pro opinione laxa citantur, præfate distinctionis non meminerunt: quia tum temporis nonnulli infirmis eius carnis concedebatur. Ex istis que de his duobus Auctoribus dicta sunt, inferas vestim, quanta sit aliorum recentiorum diligentia in antiquorum præsentia doctrina. His paucis præfatis, ad rem accedamus, veramque sententiam promamus.

III. *Christiani qui non infirmis, vel debilibus debilitatis titulo, sed quia quadragesimalium ciborum usus nocuus illis est, dispensationem eandem carnis ieiuniorum tempore obtinent, ieiunii lege tenentur. Hæc sola sententia vera; hæc sola probabilis & iusta. Altera penitus improbabilis.* Ut tanta libertate loquamur, temporibus non cogit calamitas, in quibus probabiliter furo laxissima sententia a nonnullis, tanquam licite, proponantur. Porro, ut a contraria sententia consultatione initium ducam, illius positum fundamentum statim exponendum est. Abstinentia, inquit, a carnis abstinentia ieiunii constituit. Sablata cuiuscumque rei essentia, res ipsa destruat necesse est. Ergo ii qui eandem carnis licentiam habent, a lege ieiunii soluti sunt. Neque enim contingit potest cum carnis comestione ieiunii observantia; sed, quemadmodum submotio animalium rationalium tollitur homo; sic ablata abstinentia a carnis, tollitur ieiunium, cuius essentia in abstinentia eiusmodi sita est. Hoc ipsum putamus (pæce illorum Auctorum iter dictum) commentum esse in morum materia. Illudque semper magis certum fit, quam maximum damnum passa fit morum Theologia, ex quo a non paucis ad Metaphysicæ regulas revocari ceperit. Verum unquam est adductum principium, si de essentia metaphysicæ, que individua sunt, sermo habeatur; falsissimum vero evadit, cum ad res morales transferretur: quoniam moralium rerum essentia dividuaque sunt, & ex pluribus partibus sepe conleunt. Id maxime compertur in ieiunio, quod iuxta omnes pluribus constat partibus. Tomum au-

tem ex pluribus partibus concretum minime destruitur ob unius partis iacturam. Itaque sub hac sola consideratione adductum principium inane est, & ad morum controversias componendas ineffectuissimum. Ceterum alio etiam ex capite omnino corruit, quia commentio fundamentum superstructum. Adversarii siquidem tanquam certum ponunt, abstinenciam a carnibus esse partem ieiunii potissimam, seu id quod prius in ieiunio concipitur. Quod si dixerim ego falsissimum esse, & ex antiquitatis ignorancia ortum ducere, fortassis nemo nimis audaciter me arguere poterit. Idcirco capite superiore itatur, unicam comestionem esse præcipuum ieiunii partem. Neque unicam Doctorem ex antiquis qui contrarium doceat, adducere recentes valent. Quin Caietanus, quem pro se flare falso obtrudunt, opusculum conceptis verbis scribit 2. quæ. cxxvii. art. vii. *Non est autem eadem ratio de unica comestione, & aliis conditionibus. Quoniam ieiunium novi testamenti ex abstinentia carnis, & unica comestione consistit, tanquam ex substantialibus; ita quod unica comestio est essentialis ieiunio, ut pote a principio ieiunii constituta in veteri testamento, in quo usque ad vesperam assurgendum hominum ieiunio statutum est.* Et sane, ut Caietanus indicat, in veteri lege ieiunium, unica comestione peragendum, legitur imperatum. Atque, ut dictum est, licet plures abstinuerint etiam a carnibus, dum ieiunabant, ommes tamen facti abstinentiæ hæd potissimum asserere; sicuti certo defendere valeamus, omnes ieiunantes semel tantum comedisse. Quod quæ omnes scilicet, Iudæica, Turcica, nec dum Lutherana, & Calvinistica, dum ieiunant, unicam servant comestionem; minime vero a carnibus abstinere. Id porro ad essentialiam (si etiam metaphysico ratiocinio indulgere velimus) cuiusque res pertinet quod primo, & semper, & in quocumque statu eadem competit. Ieiunio igitur, in unica comestione, Ecclesia catholica, exiit hinc lumine perflua, addidit abstinentiam a carnibus: quam abstinentiam, ut singularem quidem ieiunii ecclesiastici characterem, omnes venerantur. At, si ea comparatur ad ieiunium absolute acceptum, quid accessorium est. Falsum ergo etiam ex hoc capite est principium illud, cui innituntur iuniores, quodve ex proprio arbitrio effluxerunt, videlicet essentialiam ieiunii in abstinentia a carnibus consistere. Quod sane commentum nemini ex antiquis in mentem venit.

IV. Cum iam huic questioni finem im-

posuissim, ad manus meas pervenit dissertatio de ieiunio, cum usu carnis coniungendo, a D. Alexandro Montezzei Sac. Theol. Doct. edita. Auctor iste & elegantissimus stilus, & omni argumentorum genere nostram hanc communissimam sententiam defendit. Recentes Caluistis libere rejicit, quoties reiciendi sunt; eorumque auctoritatem tantum facit, quanti est facienda. Adversus hanc dissertationem omnibus numeris editulatum Docteur Petrus Copellotti edidit *Diatribam* lingua venacula: accessit ancora *a deboli* (inquit ille pag. 10.) *ed infermi di cognizione fosse noto un puoto tanto necessario di morale disciplina: idelti, ut etiam rudibus, & cognitione destitutis, morali disciplina caput quæmaxime necessarium innotesceret.* Nonne summe necessitatis est ut vulgus ipsum, & minus docti Christiani tandem aliquando percipiant, de se posse bis in diem ieiunii tempore carnis recreari, quando cibum piscium somacho molestem experientur? Quis non miretur caritatis fervorem, zelumque istius Docteuris, qui, ne nostri rigidissimi sæculi Christiani nimia peccientia levitate macerati succumbant, librum composuit, quo suaviores blandioresque temperantia regulas illos doceret? Nilhil in hoc suo libro producit, quod prius Caluistæ recentes non docuerint. Sed, quæ illi latine scripserunt pro doctis tantum, & eruditis, idcirco Docteur Copellotti, ut rudes etiam & indoctos invaret, quæ latinæ Caluistæ cuderunt, italicè vertit, & quod ne ipsi imponere videar, in verba, quibus refutatam a nobis rationem exponit, tanquam incoincensum suæ opinionis fundamentum. *Questa sentenza* (inquit pag. 20.) *la deduco da un principio, che nelle legali, e morali materie è certo, qual è, che, quando si distrugge la forma, nella quale qualche cosa consiste, perisce ancora la disposizione fatta di quella cosa.* Deinde non paucis congebris exemplis, ad rem minime pertinentibus, concludit: *Farovvi vedere* (pag. 23.) *essere l'abstinenza dalle carni la forma sostanziale, in cui principalmente consista, e celestastico digno.* Quod principium si verum foret, sequeretur, Christianos dominicis diebus Quadragesimæ, in quibus a carnibus abstinere, ieiunare. Nam, posita forma substantiali, seu essentiali ieiunii, habetur ieiunium. Per D. Copellotti cum quibusdam Caluistis forma substantialis ieiunii est abstinentia a carnibus. Ergo Christiani abstinentes a carnibus tum diebus dominicis

Qua-

Quadragesimæ, tum feriis sextis, & sabbatis totius anni, ieiunant. Quid ad hæc D. Copellotti cum omnibus suis Caluistis? Nanti reponit, unicam comesturam partem quoque ieiunii esse? Sed iterum ab eo petimus, nam hæc unica comestura pars it substantialis, & essentialis? Si ait; falsum ergo est eius principium. Si negat; ergo sola abstinentia a carnibus forma substantialis ieiunii est. Ergo, posita hæc abstinentia, habetur ieiunium. Si dicat, unicam comesturam partem integrantem esse ieiunii; consequitur substantialiter, & essentialiter, ut dicunt, ieiunare omnes Christianos qui diebus dominicis Quadragesimæ, feriis sextis, & sabbatis a carnibus abstinere; solamque partem integrantem, ad eoque levem, violare qui iterato comedunt.

Quam falsa sunt consecutaria istius, tam falsum est principium ex quo prosunt.

V. Solam abstinentiam a carnibus constitutere essentialiam ieiunii ecclesiastici, nemo sane mentis dixerit. Cibum solummodo potest esse, num unica comestura, vel carnis privato principalis ieiunium constituat. Nobis certum est, ieiunium potissimum unica constitui refectione; abstinentiam vero a carnibus additamentum esse, quod abique gravi culpa omitti nequit. At concedamus, partem essentialiam ieiunii esse abstinentiam a carnibus; non inde tamen quiquam præditi colligunt adversarii pro sua opinione. Quoniam & ipsi fateantur, unicam comestionem esse partem substantiam ieiunii, licet minus principalem. Quæ facta positione, hæc validissimam rationem in nostræ sententiæ confirmationem profert. Præceptum ieiunii dividuum est, pluribusque partibus constat; ut omnes, & adversarii ipsi, fateantur. Atqui, quando lex plura præcipit, quorum unum sine altero servari potest, ratio naturalis dicitur, iubetque impleri partem, quando totum observari nequit. Sicuti enim qui totum a lege præceptum implere valet, ad totum tenetur; ita qui potens est observare partem, ad illius partis observantiam obligatur. Præceptum ieiunii plura præcipit, videlicet unicam comestionem, abstinentiam a carnibus, definitque horam reficiendi corpus. Ergo qui servare non potest duo, tenetur servare unum. Quæ omnia non solum ratio naturalis, verum etiam ipsæ positivæ leges præcipiunt. Siquidem cap. Cum dilecti, de dolo, & contum. decernitur quod, cum duo mandantur v. g. in quis ad iudicem veniat, & ad diem huius præfixum accedat... Si venire non possit ad diem assignatum, tenetur nihil

Conc. Theol. Tom. V.

laminus se iudici præsentare; nec ideo erit a mandato solutus. Hæc lex duo complectitur; accedere videlicet ad iudicem, & accedere reponere. Quod si iterum ab eo petimus, nam tali die. Lex impleri mandat unum, quando ambo servari nequeant. Cur, quæ, id, idem præstandum non erit in ieiunii observantia? Tria, non duo, ut dictum est, ieiunium præcipit. Unum non pendet ab alio. Stat abstinentia sine unica comestione. Stat unica comestio sine abstinentia a carnibus. Ieiunium servari potest, etiam si hora reficiendi anticipetur. Quæ ergo ratione qui nequit servare omnia, non tenetur ad duo, vel ad unum? Cur qui dispenderit ab uno, a quo ut dispenderit, iusta datur causa, intelligendus est, prædummodoque dispenderit ab altero; si nulla, ut in hoc dispenderit, occurrat iusta ratio? Dispenderit in eia carnis; quis somacho piscium elias nocet? Cur dispenderit debet in pluribus comestionibus, si illius dispensationis nullus habetur titulus: quoniam qui dispenderit in eia carnis, sanus est, foris, robustus, sicut ceteri homines qui ieiunium servant iuxta omnes partes? Anne qui die festo dispenderit, iusta urgente necessitate, ab opere fervili, eo ipso dispenderit a præcepto audiendi Sacram, si Sacram commode audire possit; vel contra? An qui impotens est ad solvendum centum, potest vero quinquaginta, liber erit ab istorum etiam solutione? An qui non potest reddere totum, non tenetur reddere partem? Quæ, malum, est hæc argumentandi ratio?

VII. Luber hæc eandem rationem quam proddimus, validius firmare, & ad eam perducere evidenciam que manifeste evincat contrariæ opinionis improbabilitatem. Itaque Innocentius XI. hæc propositionem, que est 54. damnavit: *Qui non potest recitare matutinum, & laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur: quia maior pars trahit ad se minorem.* Præceptum recitandi divinum officium divisibile est, pluribusque constat partibus, quarum aliæ principales; minus principales aliæ sunt. Theologi recentes ante Innocentium XI. communiter propugnabant, eum qui nequit matutinum & laudes recitare, poterat vero alias horas, ad sitarum recitationem minime obstringi. Cur? Quia cessante principali cessat & accessorium; quia maior pars trahit ad se minorem. Sed hæc propositionem damnavit Ecclesia. Ergo eodem iure damanda est hæc altera: *Qui non potest abstinere a carnibus, potest autem servare unicam refectionem, ad nihil tenetur: quia sublato principali solvitur*

Et accessorium, seu quia maior pars, trahit ad se minore. Ubi hic vel levis discriminis ratio? Nonne preceptum ieiunii dividuum est? Id sane concedunt omnes, & experientia ipsa constat. Diebus dominicis in Quadragesima observatur abstinencia a carnibus, leucus unica comestio. Idem eventus qualibet feria sexta, & sabbato per totum annum. Adolecentes ante vigesimum primum annum abstinencia a carnibus in Quadragesima; bis vero in die reficiuntur. Denique ipsi adversarii fatentur, unicam comestione esse partem substantialem, sicut minus principalem, ipsius ieiunii; privationem vero carnis esse partem essentialiam, & precipuam quemadmodum matutinum, & laudes constituunt partem principalem divini officii, alia autem hora partem efficiunt minus principalem. Impotens ad recitandum matutinum & laudes, teneri, si possit, ad alias celebrandas horas. Ergo qui sibi a carnibus temperare nequit, potest vero a duplii abstinere reflectione, ad id iuxta Ecclesie doctrinam obstringitur. Quid plura? Maiorem latitudinem habet ieiunium, magisque dividuum est quam sit divini officii recitatio. Quandoquidem in ieiunio duo, ut dictum est, sunt precepta affirmativum unum, alterum negativum. Id expresse asserunt omnes, & presertim adversarii. Licet (inquit Ghetius verb. Ieiunium num. 9.) sint in ieiunio duo precepta, unum tamen præsupponit alterum, puta affirmativum supponit negativum. Ergo, sublato precepto negativo, remanebit & affirmativum; & sic dispensatur ab abstinentia a carnibus censetur etiam dispensatus ab unica comestione. Unicum vero est preceptum recitandi divinum officium. Sed, quia officium illud partes habet maiores, & minores, Ecclesia iubet impleri minores ab his qui maiores implere nequeunt. Potiori ergo iure servare tenetur ieiunium, in unica sua reflectione, ille qui abstinencia observare non potest a carnibus: tum quia hæc sunt duæ partes complectæ, si abstinencia sumantur, quarum una sine altera respici consistit, ut ex dictis constat, non minus ac hore divini officii: tum quia duobus distinctis preceptis, quorum unum affirmans, alterum negans est, imperantur; & unum minime ab altero pendet; & respice invicem separantur, ut ex dictis constat.

VII. Hæc adeo vera, adeo comperita sunt, ut nunquam credidissimæ ab aliquo ratione prædito in discrimen vocanda fore. Et ta-

men D. Petrus Copellotti, ut aliqua tergiversatione eluderet argumentum, quod adversarius eius urgebat, inquirens: num ieiunium quadragesimale concretum, seu compositum aliquod metaphysicum sit, quod, veluti hominis animalitas, re quidem vera dividi nequeat, & solummodo mentis ope divisionem patiatur? respondet his verbis pag. 126. *Il digiuno non è un composto metafisico, egli è un ente morale, non dividetovelo nelle componenti sue parti, attesa la opinione, e costumanza delle nazioni, ed attesa altresì l'antico invariato universale istituto della cattolica Romana Chiesa.* Que latine sic verto. *Ieiunium non est compositum metaphysicum, sed est ENS MORALE, NON DIVIDUUM, sed est ENS MORALE, NON DIVIDUUM, in partes, quibus constat; si consideretur originem, & consuetudo nationum, & inspecto iuridico vetere, immutabili, ac universali Romana Ecclesie instituto.* Quid amplius laborabunt Lutherani, & Calvinitæ adversus Ecclesie catholice ieiunium, cum audierint recentem definitum, *Ens morale, non dividuum in partes, ex quibus coalescit?* Queriantur fortasse, num istæ partes, carniū scilicet elus, & unica, aut iterata carniū comestura; seu num prandium, & cocna; num cibis piscium, & abstinencia a carnibus sine reapse partes reales, & separatae, nedum dividatæ, urgebant, num opinio hominum, admixta manifesta partium illarum separatione, efficere possit ut partes istæ constituant ens morale non dividuum in partes, quibus constat. Tandem expocent, quo fundamento disiat ieiunium esse ens morale non dividuum secundum antiquum, perpetuum, & universalem ritum Ecclesie catholice Romanæ. Cum certum sit Ecclesiam Romanam duo precepta imponere suis fidelibus in ieiunio quadragesimali: alterum prohibens esum carniū; alterum vetans plures comesturas. Sed, his missis, lectori considerandum relinquo, utrum hæc ratio commentandi moram, & christiane penitentiae regulæ, sibi, & ecclesiis hereticarum obicit Romanæ Ecclesie ieiunia nec non. Considerandum relinquo, num iste sit cardo ille Theologie moralis imperitis secuto adeo necessarius, videlicet ieiunium Romanæ Ecclesie esse ens morale non dividuum in partes: ut tempore Quadragesimali valeant comedere panem & carnes mane, seu meridie, similiter panem & carnes vespere. Commenta denique, quibus (pag. 105. & sequent.) circumvenit propositionem proscriptam ab Innocentio XI. quibusve conatur eludere argumentum in-

con-

concussum, quod inde elicit illius adversarius, adeo futilia sunt, ut me pigeat eadem refutare; cum imbecillitate sua corruant omnino.

VIII. Hætenus exposuimus rationem nostram adversariorum veltigis insistentes, eorumque falsæ opinionati indulgentes. Illi siquidem, inconsulta antiquitate, & abique ullo vel apparentis veritatis momento, statuunt, abstinenciam a carnibus esse partem essentialiam, principalemque, unicam vero comestione partem minus principalem ieiunii. Quæ etiam admixta hypotheti, huicque demonstrativis, eorum opinionem omnino improbabilem esse; atque in propositione damnata ab Ecclesia de recitatione officii divini evidenter, mea quidem sententia, contineri. Nunc autem, hæc falsa positio retracta, alterum solidissimum fundamentum proponit, cui nostra inhaeret sententia. Est autem eiusmodi. Essentia ieiunii in unica sita est comestio, seu unica comestio est positiva ieiunii pars. Hæc propositio supra demonstrata est pluribus rationibus, quas, ne actum agam, prætereo. Unicam addo ab ipso ieiunii proximo sine petitam. Finis poro ieiunii est corporis maceratio, concupiscentiæ, aliarumque sensualium appetitionum inhibito. Ad hoc autem magis conducit unica comestio quam abstinencia a carnibus. Quis inficias ivent, corpus magis assiligi per subtractionem cuiusque cibi quam per privationem unius generis epularum? Nonne iuvenes, qui ante vigesimum annum nutritione motore incedunt, eo quod in augmento sunt, etiam ieiuniorum tempore plures refici permittuntur; carniū autem veluti prohibentur? Cur hoc? nisi quia, licet carnes & nutriant, & deliciasque sint, magis tamen patiuntur, maius incommodum sentiunt iuvenes in privatione pliorum refectionum quam in abstinencia a carnibus. Nec iuvenes tantum, sed omnes, dum fame laboramus, cibum, non cibi qualitates querimus. Hinc ait D. Bernardus in Apologia ad Guillelmum cap. v. *E-fau, non de carne, sed de lente fuit reprehensus;* & *Tonathas ex gustu mellis, non damnatus; & mortis additus fuit.* Quid quod plures facti Ordines perpetuum servant abstinenciam a carnibus; perpetuum vero ieiunium comestione, nullus est Ordo qui observet? Ex quibus omnibus magis certa & manifesta redditur propositio nostra, scilicet unicam comestione potissimam esse ieiunii partem; cui postea accedit delectus ciborum. Quo posito, sic meam instaurò argumenta-

tionem. Ecclesia damnavit propositionem quæ asseratur, non teneri Clericum ad partem minus principalem divini officii, quoties partem magis principalem recitare nequibat. Ergo potiori iure damnata debet intelligi altera propositio, quæ statuitur, fideles non potentes servare partem minus principalem ieiunii, qualis est abstinencia a carnibus, non teneri ad unicam comestione, quæ est pars principalis eisdem. Anne obtrudeat amplius valent metaphysicum illud sophisma, nempe sublato principali, tollitur accessorium? Si unica resectio essentiam ieiunii constituit; illico corrumpit unicam fundamentum, cui innixi eduntur, dispensatum a carniū abstinencia, dispensatum quoque esse a ieiunio. Ex his autem que dicta sunt, patet tum ratione, tum auctoritate, in unica potissimum comestione sitam esse ieiunii essentiam. Ex quibus evidentiissime consequitur, contrariam opinionem duplici ex parte improbabilem esse. Primo quia statuitur, tamquam quod certum, abstinenciam a carnibus esse partem essentialiam, & precipuam ieiunii: quod falsum esse demonstratum est. Secundo, quia, admisso etiam hæc abstinenciam esse ieiunii precipuam partem, nihil tamen minus reprobata intelligitur hæc sententia ab Ecclesia in propositione damnata de horarum recitatione.

IX. Alteram in maiorem veritatis confirmationem addere placeat rationem. Privilegium quod communis iuri lesionem inferre interpretandum est stricto, at aiunt, modo. Hoc asserunt omnes, & colligitur ex leg. Quoties, cod. de Precept. Imperat. assertent. & leg. Si quando, cod. de inofficioso testament. & cap. 1. & 11. de sillis Presby. cap. Quod dilecto, de consanguinit. & affin. Qua de re consule Innocentium, & Glossam, Ioannem Andream Butrium, & Abbatem. Privilegium autem comedendi carnes in Quadragesima est contra ius commune, & contra legem ecclesiasticam. Strictè igitur & iurmo rigore est interpretandum. Ergo, cum in privilegio edendi carnes non exprimitur concessio bimæ refectionis, nullum adest fundamentum extendendi privilegium istud ad plures refectiones.

X. Omnia que hætenus dicta sunt, summorum Pontificum auctoritate confirmantur. Debitum enim, non abnuo, primum omnium rationes ab auctoritate petitas, quæ in morum Theologia summi momenti sunt, asserre in medium; sed controversiæ huius conditio præposterum ordinem servare cogit.

gic. Ad rem igitur, Gregorius XIII. in Bulla Cruciate pro Lusitania Regno hæc decernit. Præterea indulgemus, ut, dicto triduo durante, carnibus, de consilio uris-que medici, temporibus ieiuniorum, tam quadragesimalium, quam quoruncumque dierum totius anni, vesci possint; ac pro eorum libito ovis, & lacticiis; ita quod qui carnes comederint, servata in cæteris ieiunii ecclesiastici forma, dicto ieiunio satisficere censentur. Lubet ergo Gregorius, Christianos, non unius, sed duorum medicorum iudicio dispensatos in eiu curiam, servare in cæteris ieiunii ecclesiastici formam, unius nempe comeditionis.

XI. Alexander VII. anno 1637. edictum Romæ publicavit, quo propter pestem, que anno precedente lieverat in eadem urbe, Romanis civibus carniū cibum fusi mendii prolestam fecit diebus dominicæ, lunæ, martis, & iovis; ea tamen lege, ut præfatis diebus, dominica excepta, omnes ieiunarent, semel tantum in die comedendo. Integrum edictum illuc tranferbo. *Marius, divina miseratione Episcopus Albanensis, S. R. E. Cardinalis, Ginezzus, S. D. N. Papa Vicarius Generalis, Romanæque Curie, eiusque districtus index ordinarius &c. Esti divina pietas dignata est fere omnino removere tre sue flagelle, quibus urbes hanc insignium quodam iudicio affecti, nos ita tamen recessit pena, quia periti metuant, ne quadragesimales cibi contagiosis scintillis, que supersunt adhuc, novimil excitate, ac resorere possent. Dominus nossem non alienam a paternam sua providentia iudicavit, quadragesimali vigorem sanctum quasi emolire. Quamobrem sua Sanctitas apud se statuit, ut omnibus qui Romanæ, Romæ domos, & suburbana incolunt, permittere ut inuisquisque hebdomada diebus quatuor, dominica, feria secunda, feria tertia, feria quinta lacticiis, ovis, carne a dominica prima Quadragesimæ usque ad Palmatum dominicam uti possint. Ad ultimos autem tres dies quod attinet, etiam si carnis usum concedat, neminem tamen ieiunii lege solvere intendit. Quinimo vult ut lex illa salva, & inoleant remaneat, quemadmodum in quadragesimalibus diebus feria quarta, feria sexta, & sabbati remanet. Exinde sua Sanctitas hortatur omnes, ut datam in quadragesimalibus cibis veniam frequentè sacramentorum susceptione compensent, elemosinas, & preces addeant, ut tam naturalibus, quam supernaturalibus remediis morbum reliquos expurgare pergant.*

Dominus nossem, ut concessa edendi lacticia, ovis, & carnes licentia ad universos sexus utriusque Regulares perveniat, ita dempsit qui per regulam suam carnes non manducant. Nihil tamen minus sui Sanctitas Lactorum, & ovium usum permitit.

Denique sic habeatur ab omnibus, ut qui antedictam licentiam accipient, dominicæ orationem, & angelicam salutationem, quinquies recitare pro hominibus christiana sui necessitate meminerint. Dat. Romæ ex Aedibus nostris hæc die 3. Februarii 1637.

M. A. Episcop. Hieropolitani Viceg.

Ioseph Palanalla Sec.

Romæ ex Typograph. Rev. Cam. Apost.

1637.

XII. Simile privilegium fidelibus Ducatus Mediolanensis concessit anno sequenti 1638. implet Alexander VII. hæc appollita clausula: *Circa tamen exemptionem a ieiunio.* Non ergo, ut Episcopus Romanus tantum, sed ut Pastor universalis fidelium omnium, legem ieiunii cum carniū eiu coniunxit.

XIII. Clemens Papa XI. ecclesiasticæ discipline calcitissimus, atque doctrina non minus quam pietate lummus, decretum edicavit anno 1703. in quo, hæc habentur latine verba. *Ad illud tum medici, tum hi qui dispensationes petunt, animam intendunt, ut carnes salubres sint, quoniam hæc solum in Quadragesima permittitur his qui ab istam causam cibi quadragesimalibus vesci nequeunt: quorum necessitas, si lacticiis non esse levari potest, medici carniū usum non concedunt; sed lacticia & ovis fideles concedunt, & ieiunium observent: cuius ieiunii legi etiam illi subiecti sunt qui carnes ea ratione comedunt, quod civis civilis vocatus illis sit.*

XIV. Reponunt quidam, laudatum decretum, non Clementis XI. sed illius generalis Vicarii, non admodum in Theologia versati, partum esse. Que responsio si consideret, actum de omnibus legislatorum legibus edit. Anne in ipsa Pontificis Eminentiſſimus Capena vulgavit decretum illud? At, ut inanis responsio omnino evanescat, addo Clementem XI. difficultatem istam severiori examine enucleasse. Delegit siquidem doctoribus urbis Theologos, quos inter P. Marchetti Societatis Iesu, & Romani Collegis Rector, dissertationem in summo Pontifici obtulit, in qua sexaginta Auctores pro sententia cum eiu carniū ieiunium coniungente, allegavit. In hæc eandem sententiam concessere S. Officii Consultores, & Cardinalis Vicarii synodales examinatores,

ut

ut testatur Eminentiſſimus Lambertini nunc BENEDICTUS XIV. Pontifex sapientissimus in collect. Notificationum vobis. xv. num. 21. ubi, præter citatos Theologos, alium diocesanarium numerum ipse adpromittit in nostræ sententia prædium, & eundem Clementem testatorem se profertur. Porro Clementis XI. Theologorum iustitias perlectis, & quam diligentissime libratis, anno sequenti 1704. hæc manu sua scriptam clausulam, editæ de more typis edendo interendam, adiecit. *E sano tenent observare il dignum ancora quelli che col motivo d'essere loro nocivo il voto quadragesimale, si cibano dicarne salubre. Que latine sic reddo. Et tenentur observare ieiunium etiam illi qui salubri carne vescuntur, ea solum dicitratione, quod eorum saluti civilis cibi nocui sint.*

XV. Quanti faciendi iam interpretatio, quam ex Eminentiſſimo Lambertino, nunc BENEDICTO XIV. assert D. Copellotti, aliorum fit iudicium. Observat itaque, Clementem XI. in priori decreto anno 1703. his verbis suam mentem patefisse: *E de vno observare il dignum, alle di cui leggi sono tenuti quelli ancora &c. & debent osservare ieiunium, cuius legibus obnoxii sunt etiam illi &c.* in posteriore vero decreto anno 1704. mutasse illud verbum, seu verbi modum, solum, in alium modum, videlicet *sano tenuti*; declarat ieiunium dividuum esse, & consequenter Clementem XI. ut Pontificem universalem, subdunt, decernere, fideles comedentes carnes in Quadragesima ieiunii legibus subiectos esse. Quo posito, adempta esset Theologis libertas docendi contrariam sententiam. Verum Pontifex futurus, ne vel tantillum præiudicij inferret scholarum Doctoribus, seu paucis Caluistis loco illius præfatis, solum tenuti; substituit aliam, sicut tenuti. Quanti, inquebam, faciendi sit hæc arbitraria, nulloque fulta documentis, interpretatio, non est quod multis edictetur. Stve enim priore, sive posteriore præfati decretum illud concipiatur, in idem incidit, eademque nostræ sententia vim præbet, ut infra patet.

XVI. Summis Pontificibus succedunt Episcopi, tum in privatis decretis, tum in suis synodis. Ut prolixitatem, quoad fieri potest, vitem, pauca ex pluribus seligam. Synodus Veneta habita a Petro Barbado Patriarcha Venetiarum, & Dalmatiae Primatæ, hæc habet de dispensatis a delectu ciborum in Quadragesima pag. 116. *Dispensati autem omnes sciunt, quod licet a delectu ciborum sint dispensati, se tamen adhuc*

ieiuniorum observationi esse obstrictos, atque letali peccato esse obnoxios; si hæc illicitis utentes; non ieiunaverint; pro personarum tamen qualitate, etate, & indigentia. Synodus illa omnes ieiunii præfatis dispensatos non imponit; sed declarat dispensationem edendi carnes minime eos eximere a lege ieiunii. De Episcopo ultramontanis hæc scribit Claudius La-Croix II. Part. Lib. III. quest. cæx. num. 1269. *Reprobata primum contraria opinione, subdit. Et hæc ipsorum communiter declarant Episcopi, dispensantes pro carniibus in Quadragesima, dum addunt, se non alteri velle dispensare, quam relinquendo obligationem ieiunii quo ad confessionem unicam. Hinc etiam aliquibus per bullam Cruciate datur prolixum ieiunium in carniibus, ut dicitur Sanchez dub. 31.*

XVII. Respondet D. Copellotti cum suis paucis Caluistis, decretum Clementis XI. pro solis Romanis edictum esse: & adducit auctoritatem Domini Vici; atque in suum invehitur adversarium, quod minus reverenter de eodem Viva locus fiti scribit enim, Patrem Viva, vulgi sermone deceptum, suam evulgavit interpretationem. *Queste frasi* (inquit Copellottus pag. 66.) *niente di sua natura rispettose, anzi miranti al discredito di un dotto interprete del pontifici decreti.* Plura in istius Scriptoris commendationem congerit; immò non exiguum sive Diatribæ partem insinuat in egius pensandis, & apologis conficiendis pro defensione plurium eiu. dem Viva fororum.

XVIII. Aliam promit D. Copellotti interpretationem Clementini decreti. Concedit ergo (pag. 64.) præfatum decretum esse declarativum præcepti ecclesiastici (ut docet solatia vobis.) Omit tamen tria esse declaracionum genera. Prima declaratio est secundum iuriprudencia principia authentica, secunda doctrinalis, tertia usualis. Deinde concludit his verbis. *La dichiarazione di Clemente XI. su meramento dottrinale al più al più per la universalità cattolica Chiesa, e perciò da sé sola insospere e produrre obbligazione, come osserva il dottissimo Canonista Gesuita Schmalzgrueber.* Quanti preti fit Schmalzgræber distinctio, e re mea non est in presentia discutere. Ut enim & me, & lectorem meum ab ineptis tritis liberem, concedere volo D. Copellotti, Clementinum decretum se solo obligationem non imponere. At quid, si hoc decretum iunctum aliis duobus pontificis decretis consideretur?

XIX. Omisiss itaque inanibus commentis.

dici.

dicimus in primis, quod, si decretum Clementis XI. contineret authenticam declarationem, abique nota manifesta audacia, & inobedientia non posset vel in disputatione hanc questionem revocare adversari. Ad evitandas ergo tricas, permitramus quod Copellotti contendit, videlicet Clementinum decretum esse tantum doctrinale, id est quod prædat doctrinam ipsius Pontificis, eique quos adhibuit interpretum. Quid inde? Antea auctoritas Clementis XI. etiam ut Episcopi Romani, & doctissimi, ut fano erit, Theologi, una cum tot sapientissimi Doctoribus longe multaque non prevalebit paucis Caluissis, Tullenchis, Bulembus, Bardis, Bosio, & similibus, qui, ut ex eorum scriptis colligere fas est, questionem hanc, non ad antiquæ disciplinæ leges, non ad antiquiorum Theologorum sententiam, nec ad Romanæ Ecclesiæ, aliarumque Ecclesiarum decreta, & Synodos, sed ad inanis Metaphysicæ canones expenduntur?

XX. Quid, si Clementis XI. decretum addatur decreta Gregorii XIII. & Alexandri VII.? Hic ultimus Pontifex non tantum Romanos, sed Mediolanenses quoque ad ieiunium cum carnium elu coniungendum obstrinxit. Non ergo, ut Episcopus particularis Romanus tantum, qui extra tuam dioccesim leges ferre non valet, sed ut Pontifex Romanus, universalis Pastor, omnium Ecclesiarum caput, & consequenter etiam Mediolanensis. Quid denique, si præfatis Pontificibus accedant alia Ecclesiæ in suis Synodis congregata, ut voce Episcoporum in suis decretis, sicuti revera accedunt? Anne post tot luculentissima argumenta ab auctoritate petita, & tot evidentissimas rationes licitem erit sequi opinionem contrariam?

XXI. D. Copellotti, videns, Romanos Pontifices conceptis verbis laxam opinionem labefacturæ, ad antiquos Ecclesiæ Patres animam convertit. Quid non molitur præiudicata sententia occupas animas? Nostra opinio, inquit D. Copellotti, *alla è appoggiata all'autorità di un S. Pastore, il di cui testo è riferito dal grande Natale Alessandri, le di cui parole il dotto Teologo Stovico-artico (magna in titulis liberalitas) spingendo nostra essere l'assinenza dalle carni indivulva nostra gna. Il Santo Dottore dice: Carnes non edis, vesperam expectas, ut cibum tuum, a vino ablines. Così le spiega Natale.* Cur enim singularem abstinentionem commendaret, veluti ieiunium (*notate di grazia*) comitem indivulvum, si festalibus diebus carnes comedere licuisset? Natalis hic impugnat Dallium,

ostenditque ieiunium Christianorum comitem semper habuisse ciborum delectum; ita ut abstinencia a carnibus indivulva pars fuerit ieiunii nostri. Quid inde inferit eruditus Copellotti? Basilium, & consequenter Natalem, docere dispensatos a carnibus propter nocumentum piscium, dispensatos itidem esse a ieiunio? Nonne hoc vel ipsis Stoicis rium moveret? Omnes Catholicos, uno ferme excepto Launoio, adversus hæreticos defendimus, Christianos ieiunantes iam inde a primis sæculis a carnibus abstinuisse; & hanc abstinentionem esse partem substantialem ieiunii. Omnes ergo docemus, dispensatos a carnibus pariter esse dispensatos a ieiunio? Quid dicam de Chrystotomo, Theophyloto Alexandrino, de Paschali III. de Thoma Aquinate, quo præter in suum præsidium obtrudit perdoctus Copellotti? Nil profecto dicam, sed alius iudicandum relinquo, an qui sic scribit, imponat, decipiatque imperitos lectores nec ne. Pigeat enim adeo inepta resellere commenta.

XXII. At quid dicendum, si medici, & superiores ecclesiastici præfatos fideles sanos, robustosque, sed carnibus ob stomachi qualitatem indigentes, a ieiunio, seu unius comestura, lege solverent? Respondeo, tum medicos, & superiores dispensationem imperipientes, tum fideles qui eisdem dispensationibus utuntur, absolute peccare. Num fideles dispensati, absolute dispensationes ignorantia quandoque exculantur, non facile resolverim. Nimis enim patet, contrariæ opinionis fallitas. Et ratio, que magis confirmat nostram sententiam, manifesta est. Quandoquidem, ut dispensatio licita sit & valida, iustam requirit causam; Superiores enim, qui solo arbitrio, nullaque occurrente necessitate, a legis onere subditos solvunt, non prudentes, fidelesque dispensatores, sed crudeliter dissipatores, atque homini publici perdoctores dicendi sunt. Porro qui potestatem accipiunt comedendi carnes ob solum fastidium lactinciorum, vel piscium, si sani sint, & robusti, sicut ceteri fideles, nulla subest causa vel cuius ab unius concessione lege liberentur. Ergo, etiam si superiores dispensationem, cuiusmodi dispensatio nulla foret, peccarent que tum qui illam concederent, tum qui eandem urentur.

XXIII. Quæro, ne vitio prolixitatis mihi veritator, si paulo sulius rem istam verari lubet: quoniam ex una parte adeo manifesta mihi videtur sententia quam propugno, ut neque in disputationem vocari deberet; ex altera parte summope vereor ne tantum sim, ut a tricas, cavillisque probabi-

litia-

litas, quibus implicari, involvique solet, eam asseram. Itaque contrariam opinionem non solum ut minus probabilem, salvo semper meliori iudicio, sed ut penitus improbabilem, & rationi naturali, communique sensui directe adversam, rejicio. Quid enim magis communi sensui infensum quam, si quis creditor suo nollet reddere quinquaginta aureos, quos habet, hac unica ratione quia gratia ipsi facta est, ne redderet ducentos, quos non habet? Quia Ecclesia succurrit infirmitati tue, qua laboras, a precepto abstinenciae te absolvens; ideoque ut sanitate, & fortitudine, qua instructus es, abuti audeas adversus alterum Ecclesiæ præceptum, quod ieiunium, seu unicum comestionem imponit? Quid te ad istius precepti violationem impellit? An infirmitas? An virium debilitas? Hæc omnia abesse pro certo habemus. Quid ergo? Quia Ecclesia dispensavit a carnium abstinencia. Insignitate ergo Ecclesiæ ad imperpetuum abuteris? Quia Ecclesia ab uno te absolutum precepit, tu in grati animi argumentum vis alterum Ecclesiæ præceptum transgredi, & contemneres? Nonne hæc rationi naturali, & communi sensui repugnant? Quid, si universa aliqua provincia Ecclesiæ catholice quadragesimalium ciborum penuria premeretur, solique carnibus abundaret? Etsi in provincia isthac a lege ieiunii absoluta? Non teneretur ergo fideles illi semel tantum in die moderate, & sobrie carnes comedere, ut eo quo possunt modo concupiscentiam reserentem, carnis rebellionem cohiberent; copiosiusque spiritui subicerent? Quia iuxta naturæ leges qui carnis vescuntur, fortiori vinculo obligantur ad unam servandam comestionem quam qui piscibus utuntur. Si quidem carnes abundantius nutriunt, copiosius gignunt humores, & concupiscentiam, ceteraque passionis omnes corporales fovent; & adversus spiritum commovet. Lege ergo nature illi tenerent hos suos appetitus plurimum comestionem subtractione, seu in die semel comedendo moderari, & in officio continere. Alioquin melioris conditionis essent Christiani qui carnibus quam qui piscibus vescuntur. In eo enim pares sunt, quod neutri habeant iustam his comedendi causam; & in eo imparis, quod comedentes carnes exultent a peccato, dum simul bis in die manducant, secus isti. Immo in hoc etiam imparis sunt: quoniam qui carnes comedunt, aptiores sunt, ut servandam unicam refectionem præ his qui piscibus utuntur. Quandoquidem carnium estus, ut dictum est, magis nutrit, & validus stomachum

roborat. His omnibus perpensis, hæc nostra sententia iugulentissime vera dignoscitur, forsique in praxi amplectenda est. Eam graviores Theologi, & ipsi benigniores Caluissæ reverte defendunt. Victoria 2. 2. quæst. cxlviii. art. 4. Vega Tom. I. Sum. cap. xiv. cas. 3. Valentinus 2. 2. disput. xv. quæst. 11. punct. 3. Rodriguez in Sum. I. P. cap. xiv. num. 27. Lopez II. P. Infract. cap. 111. Sa in Sum. verb. ieiun. Reginaldus Lib. IV. num. 168. Lellius Lib. IV. de iust. & iur. cap. 11. dub. 6. num. 45. Clarus hanc eandem sententiam docent Navarrus in Man. cap. xxi. Antonius Gomez in Bulla clas. 7. num. 5. Ledelma 2. 2. art. 3. fol. 203. Pedrazza in Sum. 2. præcep. §. 14. Petrus Genedo in 99. canonis, quæst. xl. num. 3. Fernandez in exam. Theol. Mor. P. III. cap. ix. num. 3. Ortiz in Sum. cap. xix. num. 20. Ioannes Medina codices de ieiunio quæst. ix. §. de infirmis, ubi etiam ait: in re hæc medicos non carere culpa, cum id solum debeant infirmis in diebus ieiunii comedere, quod infirmitas postulat, & non indubitanter eis semel indulgere. Sylvius 1. 2. quæst. cxlvii. art. 4. vers. Sed quæritur, Nyder præcep. 6. cap. VIII. num. 4. Ludovicus S. Ioan. I. P. Sum. tract. de ieiunio cap. xii. Comitatus in Respon. moral. Lib. IV. quæst. xlvii. Viatoribus in add. ad Tol. Lib. IV. cap. III. Bassæus verb. ieiun. I. num. 4. Lezana Tom. III. Sum. verb. ieiun. num. 11. Lavorius I. P. de iob. cap. xx. num. 25. Naldus verb. ieiun. Layman Lib. IV. tract. viii. cap. 111. num. 8. Grassus Lib. II. de iust. cap. xxvi. num. 53. Beia Lib. IV. Resp. cas. conf. cas. 10. Bonaccia Tom. II. de dispens. eccl. disp. ult. punct. 2. Item de leg. disp. 1. quæst. 11. §. 1. num. 25. Henricus a S. Ignatio Tom. II. Theol. SS. Lib. XI. cap. 11. num. 11. Natalis Alexander Theol. Dogm. Lib. IV. art. 7. Reg. 9. Cardinalis Correa Tom. de ieiunio part. 111. art. 3. dub. 3. Patrius Sporer in appen. ad 111. præcept. Decal. sec. 3. num. 40. Wiganus tract. d. exam. xv. num. 100. & apud ipsum Corradus, Thomas Hurtadus de ieiun. Tom. I. res. 5. L. Croix Lib. III. part. 11. num. 1269. Conchitimus Roncaglia Tom. I. tract. ix. quæst. 11. cap. 1. quæst. 3. Rotarius in Appar. Mor. 111. part. cap. 1. num. 24. Geribaldus tract. viii. cap. 111. dub. 3. Gravelon Hist. eccl. Tom. VIII. part. 11. collog. 6. edit. Rom. pag. 558. Non pauci eorum quos allegavi, positimum Navarrus, & Ioannes Medina, non modo sanos, fed etiam infirmos, dispensatos in carnium elu, teneri ad ieiunium docent, quando infirmitas adeo gravis non sit, ut duplicem comestionem exigit.

XXIV.

XXIV. Contrariis opinionem nullus Auctor revera gravis defendit. Laudatur Caietanus & Azorius. Sed iam supra ostensum est, Auctores illos loqui de infirmis, & impotentibus ad ieiunandum. Nec verbum habent de his qui ob solum piscium nocumentum privilegii obtinent manducandi carnes. Allegatur etiam Bartholomæus Medina in *Instruct. Conf. Lib. I. cap. xiv. §. 10.* Sed etiam Auctor ille, alioquin gravis, de infirmis loquitur. Et, nec gratis hoc asserere videar, en illius verba... Quiritur ordinare, an, si quis, cum potiar privilegio edendi carnem, possit ieiunare comedens eam, & ad ieiunium teneatur semel tantum comedendo? Mea quidem sententia est, ut ille ieiunet: nam coram Domino merebitur, non comedens nisi semel. De essentia enim ecclesiastici ieiunii est non edere carnem. Unde ob eum iustum respectum per quem quis obtinet licentiam comedendi carnem, immunitus est ab onere ieiunandi, propter hoc, quantum huiusmodi licentia comprehendit carnem tempore ieiunii datur tantum iuris firmo: & qui infirmus est, non tenetur ieiunare. Tempore itaque Caietani, Navarri, Medina, Azorii, solum infirmis privilegium comedendi carnes impertiebatur; & controversia erat, an infirmi illi, in esu carnum dispensati, ad ieiunium tenerentur. Adfirmabant Navarrus, Ioannes Medina, & alii; præcipue quando infirmis non erat gravis. Negabant Caietanus, Bartholomæus Medina, & Azorius. Quam interpretationem confirmat Lessius Lib. IV. cap. 11. dub. 6. in fine *quod tamen ex sententia Caietani, & Navarri limitaverim, habere licentiam, si rei generis lapsus in Leandro rite reperitur.* Sed labor iste non est operæ pretium. Illud est hic animadvertendum, Navarrum pro sua sententia laudare Caietanum, & ex Caietani doctrina statuere, eos qui præceptum divinum aliquod Ecclesiæ servare nequeunt in totum, teneri illud servare ex parte; & consequenter qui non potest unam reservationem, & abstinentiam a carnibus fieri observare, debere semel tantum, si possit, in die comedere, vel contra, pluries comedere, & abstinere a carnibus: id quod nos supra in Caietano animadvertimus. Ut vero carum habe breviter perscrutemur, pauca Caietanum sententiam referemus, ut sint Ioannes de la Cruz in *Som. I. part. præcep. 111. artic. 2. num. 3.* Trullenchius Lib. III. in *Decal. cap. 11. artic. 2. num. 7.* Sancius in *select. disp. II. num. 4.* Ghetius verò, utique, aliique simili accepti, pace eorum diverim, nullius in hac materia sunt auctoritatis. Quoniam

principia, quibus sua conatur probare opinionem, sunt apertissime falla. Primum eorum fundamentum ab auctoritate petum est. Allegant enim in suam prædictum Caietanum, Medinam, Azorium, Navarrum. Sed vidimus, Auctores illos vel contrarium docere, vel nihil ad eorum institum asserere. Ex hac ergo parte falla est eorum opinio. Rationes porro quas producut, sunt evidenter fallæ. Porissima liquidum eorum ratio est, quod abstinentia a carnibus sit essentia ieiunii, & unica comestio pars substantialis minus principalis, quæ destruit, sublata parte principali. Quam assertionem in propositione de recitatione horarum damnata esse ab Ecclesiâ, ostensum est. Quia, inquit P. Dominicus Viva ad propos. 54. Innocentii XI. num. 16. *Quando eadem ratio quæ militat pro thesi præscripta, militat pro alia consensu. hæc ratio implicitè reddidit impossibilitatem.* Præterquamquod alio ex capite, est falsio mirum supposito, quod abstinentia a carnibus sit essentia, seu principalis pars ieiunii ecclesiastici, impossibilis est opinio.

XXV. Obiicit 1. Consuetudo obtinet ut qui dispensatus est in esu carnum, dispensatus quoque sit a ieiunii lege. Item favores, & privilegia sunt amplianda. Resp. Consuetudo, quæ obtruditur, putida est corruptela. Solum enim homines qui laxitatibus morem gerunt, qui gula exiaturande student, ieiunium frangunt, cum ea servare valeant. Privilegia sunt amplianda, quoties non ledant animæ commodum, nec nocent illis qui privilegio donantur, nec rationi adversentur. Pater quod dispensatus in carnum esu ob solum fastidium piscium, sit etiam dispensatus a lege ieiunii, iuri tum naturali, tum positivo repugnare ostensum est: ipsique privilegiato nocumentum inferit.

XXVI. Obiicit 2. D. Copellotti pag. 49. auctoritatem Caietani, & Constantini Roncaglia refert, quorum primus 2. 2. qu. cxlviii. art. 8. hæc habet. *Consuetudo est æpiscopi legum interpretes, & communiter in populis christiani observatione inventitur, quod dispensari ex impotentia evidenti ab abstinentia carnum, sint totaliter absolvi a præcepto ieiunii.* Secundus vero tract. (non v. ut scribit Copellotti) sed IX. qu. II. cap. 1. postquam nostram sententiam propagavit, hæc verba addit. *Dicit nihilominus, si consuetudo non sit in contrarium. Puto enim fere ubique invaluisse consuetudinem, ut dispensatus a carnibus simul se putet dispensatum a ieiunio.*

XXVII. Resp. Caietanus, ut iam proba-

vimus, loquitur de infirmis, quorum impotentia ad ieiunium evidens est: deque istorum dispensatione talem consuetudinem obtrudere dicit. Diffidium liquidum erat, quantum infirmis eximeret a ieiunii lege. Ioannes Medina conscientiam medicorum arguit, eo quod sint nimis faciles in absolvendis a ieiunio infirmis. Alii faciliores erant in dispensatione legis ob quamcumque infirmitatem. Caietanus, securus vice insiditens, statuit, consuetudinem iam obtinere pro dispensatione, quando infirmis reddit ad ieiunandum Christianos evidenter impotentes: quæ sola duo verba manifeste confirmant responsum. Nullibi Caietanus quæstionem movet de Christianis sanis, & robustis, qui, ob nauseam dumtaxat piscium, edendam carnium impetrant licentiam. Sed solum de infirmis sermo tenet: Statuit autem infirmitatem, quæ gravis non est, nec evidenter impotentes reddat Christianos ad ieiunium, non liberare a ieiunii lege.

XXVIII. Constantinus Roncaglia putat esse eiusmodi consuetudinem; sed falsissime id putat. Quoniam in primis, si ipse putat, ego autem non puto; quin manifeste experientia scio, contrariam consuetudinem, si a corruptela consuetudo distinguitur. Si de experientia sermo sit, in quaere fere civitate Italia, quam universam quasi peragravi, Confessorios, & penitentes christianos offendi, qui ieiunium cum esu carnum coniungendum esse tenent, & occasione data, opere id præstant. Sibi vero relaxati esse, ad benigniorum Casuistarum doctrinam imbuti, ieiunium non servant. Ilii ne consuetudinem constituunt? Quamvis igitur, amaro te, fronte evulgari potest, consuetudinem ubique invaluisse, ut dispensatus a carnibus, sit etiam a ieiunio solutus? Si apud Indos, Garamantelæ hæc scriberentur, ut cumque tolerari possent; in Italia vero, immo in Europa, nullo modo. Anne Romæ consuetudo illæc vigeret, si tres Romani Pontifices oppositum statuerant, singulique annis decreta adversus contrariam corruptelam civitati indicitur? An in Veneta civitate, si Synodus dicecesana ieiunium præcipit? An in cæteris civitatibus, in quibus Episcopi communitur idem ieiunium præscribunt? An in Germania, an in Gallia, ubi pariter Episcopi carnes non concedunt, ubi conditio ieiunii impeditur?

XXIX. Obiicit 3. D. Copellotti. Plurimi Theologi, quam plures sancti Patres, docent ieiunium cum esu carnum pugnare. Ergo, si probabilior, saltem probabilis erit hæc opinio.

pinio. Resp. Quod ad Patres attinet, obedi-
tio perniculosa est omnibus is qui vel a li-
mine Patres salutarum. Falsum quoque est
plurimos Theologos talem docere opinionem.
Pauci dumtaxat Casuiste recentes, & quidam
Canonice expressè eam defendunt; & vix
unus eorum pro dignitate eam verisimili-
ter ad alii possit ivere. Omnes allegant Caletanum,
Navarrum, Azorium, aliosque anti-
quos. At falsissimum eum sit Theologos istos
gravissimum talem docuisse opinionem; con-
sequitur posteriores Casuistas esse veluti testes
de falso auditu, qui, quantumvis multiplicati,
nullius sint auctoritatis. Illi vero Theo-
logi qui inter antiquos recentique medi-
um atatis, quive hanc docuerunt opinio-
nem, alteram quoque propagaverunt de exem-
ptione a debito recitandi partem divini offi-
cii, quando omnes divina laudes celebrari
nequeunt, eo quod maior pars trahat ad se
minorem. Et ex hoc reprobat principio in-
terferunt, dispensationem a carnium abstinentia,
quæ dispensationem ab unica comestura, quæ
pars iuxta illos minus principalis ieiunii. Quæ
neque isti sunt in hac materia alicuius au-
thoritatis. Denique alii, ut Ioannes la Cruz,
simileque, non distinguunt infirmos a sanis.
Et illi pauci qui clare hanc defendunt senti-
entiam, sunt meri compilatores. Idcirco, si
auctoritatem spectemus, hæc opinio omnino
est improbabilis; si rationem, aperte falla-
cia.

XXX. Ultimo tandem D. Copellotti suam
adversariam incenat, quod Casuistas tradu-
xerit, tanquam Doctores ea passim pronuntian-
di sophismata, aut sententias inæptas. In le-
ctoris solamen pauca ex Copellotti illustri-
transcribam. Pag. 124. hæc habet. "Tre cose
tra le altre mi sono spiaciute, e credo sa-
ranno state biasimate da ogni persona che
professi buono dettame di onestà. La pri-
ma si è quello iconvenevole sentimento di
sistema, ch' egli in più luoghi del suo di-
cumento ha manifestato contro i Professori
della morale Teologia, figurandoli ca-
paci di pronunciare sofismi, ed inezie, per
renderli in sì fatta maniera eggetti delle
altrui dictee, & Alleggiamenti. Mette al
libro delle loro opinioni, che il digiuno sia
un composto metafisico &c." Multa alia
resert Casuistarum dignitati minus congrua,
a suo adversario prolata. Postea sic concludit
pag. 124. "La morale Teologia non è un
torbido torrente di oscari sofismi: ella è
una limpidissima fonte di que' chiari senti-
menti dell' animo che ci sono di guida all'
umana felicità. I di lei Professori, solo
intenti a regolare le umane operazioni

in giusta le leggi della cristiana carità, non
attendono a spiegare le cose con meta-
fisiche speculazioni; ed io, che, tolte-
rate le cose spettanti alla loro, ed alius,
ho esaminata la presente controversia giu-
sta il principi dalli medesimi appresi, non
mi sono accollato, come veder potete,
né pur per ombra a simil sorta d' inetro-
ragionamento. Il digiuno non è un compo-
sto metafisico, egli è un ente morale, non
divisibile nelle componenti sue parti, at-
tesa la opinione e costumanza delle natio-
ni, ed ateso altresì l' antico, invariato,
e universale istituto della cattolica Romana
Chiesa." Que Romana Ecclesia trium
luminum Pontificum decretis oppositum de-
cernit; ut concedit in explicatione istorum
decretorum vel ipse Copellotti in toto hoc
suo libello. Ne ille egegrus tenor? Nec
capacitatem habent Casuista pronuntian-
di sophismata? Metaphysice speculatio non
indulget? Sed quid hæc miror? Sic scribere
debebat D. Copellotti: quia revera in
nullo Casuistarum sophismata tam prodigio-
sa, ut sunt ea que ipse in hac sua Diatri-
ba in lucem vulgavit, reperire licet. Nunc
dicit, ieiunium esse *indivisibile*. *Avendo io*
(inquit pag. 119.) a sufficienza dimostrato
il digiuno consistere in un essere indivisibile.
Hoc esse individuum est ne morale, phy-
sicum, aut metaphysicum? Nunc morale
nunc physicum (& ideo individuum) ap-
pellat. Nunc (ut pag. 112. & 113.) sic
arguit. *Alcuna cosa san' individuo, aliqua*
dividua: ego inquit P. La Cruz præceptum
ieiunii est individuum. Quam non sophis-
ticam (nimis enim crassa est) sed tibi
validam demonstrationem repetit pag. 126.
& aibi. Si omnes D. Copellotti contradi-
ctiones referre vellem, & omnia sophisma-
ta, ac potissimum ea, quibus pag. 105. &
seq. involvit propositionem damnatam ab
Innocentio XI. de recitatione horarum ca-
nonicarum; deberem integram ferè Diatri-
bam exscribere. Sed piget me tempus pro-
digere.

XXXI. Longius fortasse quam par fue-
rat, hanc tractavimus questionem, & ali-
quantisper plus iusto acris. Sed veniam
hanc lector dabit, si serio reputaverit, his
calamitosis temporibus nihil fore tam laxum
esse, quod æquidnam suo probabilitate
non obtegatur. Et lectores, hæc anticipa-
tione præventi, dum legunt vel paucos Ca-
suistas aliquam docere opinionem, illico in-
ferant, illam esse probabilem. Et, quod
validum in errorem eos inducit, est, quod
exi-

existimant omnes Doctores, quos allegatos le-
gunt, eam docere sententiam pro qua lau-
dantur, cum tamen lapsus saltem sit. Ut
scilicet de deceptione subducamus lectores, ne-
cessitas urget illos admonere, occasione data,
quod hæc, vel illa opinio improbabili sit,
laxissima, & penitus reiicienda. Quibus
pirafibus minime utimur, ut quidquam
illius oblegui, quo Auctores omnes colimus,
detrahamus; sed ut in veritatibus semitam,
quoad fieri per nos potest, lectores nostros
revoceamus. Veram in semitam revertamur.
Concludamus ergo. Præcepta Ecclesie, po-
sitiva cum sint, summa benignitate, non ve-
ro summa laxitate, interpretanda esse & ipse
contentio. Laborantes gravi morbo & a ie-
iunio, & a carnium prohibitionibus liberi sunt.
Qui tamen cibos quadragesimales nocuos sibi ex-
perientur, lacticiis, & ovis utantur, ac ie-
iunent. Si lacticiis, & ova fastidium, car-
nes comedant; sed, si valent, ieiunent. Quibus
latis est unica comestio, bina non per-
mittitur. Si virium debilitas eismodum est,
ut duplicem requirat refectioem, hæc con-
cedatur; sed, si tibi quadragesimales sufficiunt,
non permittantur lacticiis; & quibus suffi-
ciunt lacticiis; non concedantur carnes.
Quid benignius? Quid suavius? E coartatio
quid laxius, quid perniciosus, quam tante
ecclesiasticæ indulgentiæ abusus? Quænam pro-
prium salutis æternæ mansuetior contemptio
quam neglectus remediorum quæ & a lege
præcipiuntur, & sine gravi incommodo execu-
tioni mandari possunt? Sed de his plura
latis, cum finita iam controversia sit. Duo
siquidem diplomata pontificia que supra in-
dicavi, ad ieiunandum fideles alirungunt.

XXXII. Quæst. I. *Quot peccata committit*
qui plures die ieiunii carnes comedit? Resp.
Toties peccat, quoties carnes comedit.
Quoniam præceptum prohibens carniæ es-
um, negativum est, quod toto die obligat.
Ergo in qualibet comestione infringitur.
Hæc sententia communis est. Quemadmo-
dum communis est altera, que docet, eum
qui ova, & lacticiis in ieiunio quadrage-
simali comederet, peccatum perpetrare. Quo-
nties peccat, quoties ova comederet.
Quia præceptum illud, non secus ac alte-
rum de carniæ abstinentia, negativum est,
& ab eodem distinctum. Quatenus distin-
ctum, illius violatio peccatum est, & pro-
ut negativum, multiplicationem infert pec-
catorum.

XXXIII. Quæst. II. *An qui vatum emisit*
*non comedendi tali die carnes, aut ova, te-
netes peccet, quoties carnes comedit, vel ova?*

Resp. Communior opinio docet, hunc toties
peccare, quoties carnes comedit: quia votum
illud simile est omnino præcepto negativo.
Quare, sicut illius repetita transgressio mul-
tiplicat peccata, ita & voti non comedendi
carnes, vel alios delectos cibos, violatio. Se-
cus dicendum de eo qui ieiunium vovit
tali die. Violato siquidem ieiunio per car-
niæ comestionem, non potest amplius illo
die ieiunium servare. Quoniam directa absti-
nentia a carnibus non vovetur; sed solum
consequenter ratione ieiunii. Peccaret igitur
in prima comestione; non in secunda, & ter-
tia. Ad ieiunandum tamen alio die obli-
ctus est. Et hinc patet discrimen inter obli-
gatum vivoti, & obligatum vi præcepti ec-
clesiasticæ. Qui vi præcepti tenetur hæc die
ieiunare, si ieiunium frangat, non obstringi-
tur alio die ieiunare. Et in hoc ieiunio, ut
sicutum est, duo considerantur præcepta: quom-
modum unum præcipit unicam comestionem, al-
terum abstinentiam a carnibus. Violato primo,
consistit secundum, hæc duo non distin-
guunt vovens; sed ieiunium per modum unius
promittit tali die peragendum. Ideo semel
tantum peccat in prima transgressione, mini-
me in sequentiibus; sed alio die implere de-
bet votum suum.

XXXIV. Quæst. III. *An in his regionibus*
*in quibus est penuria olei, licitum sit uti sag-
mine illis diebus quibus esus carniæ vetitus*
est? Resp. Quidam negant; sed communior
sententia adfirmat. Ego vero cenleo necessaria
esse Superiorum, ad quos atinet, dis-
pensationem. Neque cuiusque est decernere,
quomodo nec ne talis urget olei penuria, quo
sufficiat pro licito situ sagminis, seu lardi.

CAPUT V.

De abstinentia a lacticiis. Licita ne sint
in ieiunio quadragesimali, aut
extraquadragesimali?

I. IN primitiva Ecclesia in usu fuisse ab-
stinentiam a lacticiis, manifestum est:
quoniam, ut Tertullianus, alique Patres
narrant, patris Christiani xerophagitis in
quadragesimali ieiunio velcebatur, id est,
cibus aridis, & exlicatis. Hæc Concilium
Laodicenum, celebratum anno 315.
an. i. hoc edidit decretum. *Non oportet in*
*Quadragesima gaudia servia ultima hebdoma-
de ieiunium dissolvere, & totam Quadragesimam*
inhonorari; sed per totos hos dies ieiunare, & esus abstinentibus continentibus,
idej